University of St. Michael's College
3 1761 08051736 0

TRANSFERRED

UNIVERSITY OF ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

NOUVELLE
REVUE THÉOLOGIQUE.

TOME XI. — 1879.

Imprimatur.

Mechliniæ, die 29 Decembris 1879.
P. C C. Bogaerts, *Vic. Gen.*

Antverpiæ, die 29 Decembris 1879.
FR. LAMBERTUS ex Velp.
Min. Prov. Fr. Min. Capuc. ind.

NOUVELLE
REVUE THÉOLOGIQUE

OU SÉRIE D'ARTICLES ET DE CONSULTATIONS

SUR LE DROIT CANON,
LA LITURGIE, LA THÉOLOGIE MORALE, ETC.

PUBLIÉE SOUS LA DIRECTION

du R. P. PIAT de Mons,
De l'Ordre des Frères-Mineurs Capucins
Lecteur de Théologie morale et de droit canonique
(M. le Chanoine LOISEAUX, ancien professeur de droit Canonique et d'histoire ecclésiastique au Séminaire de Tournai)

ET DE

M. le chanoine J.-B. FALISE,
auteur de plusieurs ouvrages sur la liturgie.

AVEC APPROBATION DE L'ARCHEVÊCHÉ DE MALINES

Honorée d'un bref de Sa Sainteté Pie IX.

TOME XI. — 1879.

PARIS
LIBRAIRIE INTERNATIONALE - CATHOLIQUE
Rue Bonaparte, 66

LEIPZIG
L. A. KITTLER, COMMISSIONNAIRE
Querstrasse, 34

Vve H. CASTERMAN
ÉDITEUR PONTIFICAL, IMPRIMEUR DE L'ÉVÊCHÉ
TOURNAI
1879

MAR 18 1957

Tous droits réservés.

NOUVELLE

REVUE THÉOLOGIQUE.

ENCYCLIQUE DE S. S. LÉON XIII.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS
UNIVERSOS CATHOLICI ORBIS
GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

VENERABILES FRATRES,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quod Apostolici muneris ratio a Nobis postulabat, jam inde a Pontificatus Nostri principio, Litteris encyclicis ad vos datis, Venerabiles Fratres, indicare haud prætermisimus lethiferam pestem, quæ per artus intimos humanæ societatis serpit, eamque in extremum discrimen adducit : simul etiam remedia efficacissima demonstravimus, quibus ad salutem revocari, et gravissima quæ impendent pericula possit evadere. Sed ea quæ tunc deploravimus mala usque adeo brevi increverunt, ut rursus ad vos verba convertere cogamur, Propheta velut auribus Nostris insonante : *Clama, ne cesses, exalta quasi tuba vocem tuam* [1]. Nullo autem negotio intelligitis, Venerabiles Fratres, Nos de illa hominum secta loqui, qui diversis ac pene barbaris nominibus *Socialistæ, Communistæ* vel *Nihilistæ* appellantur, quique per universum orbem diffusi, et iniquo inter se fœdere arctissime colligati, non amplius ab occultorum conventuum tenebris præ-

(1) Is. LVIII, 1.

sidium quærunt, sed palam fidenterque in lucem prodeuntes, quod jampridem inierunt consilium cujuslibet civilis societatis fundamenta convellendi, perficere adnituntur. Ii nimirum sunt, qui, prout divina testantur eloquia, *carnem quidem maculant, dominationem spernunt, majestatem autem blasphemant* [1]. Nihil quod humanis divinisque legibus ad vitæ incolumitatem et decus sapienter decretum est, intactum vel integrum relinquunt. Sublimioribus potestatibus, quibus, Apostolo monente, omnem animam decet esse subjectam, quæque a Deo jus imperandi mutuantur, obedientiam detrectant, et perfectam omnium hominum in juribus et officiis prædicant æqualitatem. — Naturalem viri ac mulieris unionem, gentibus vel barbaris sacram, dehonestant; ejusque vinculum quo domestica societas principaliter continetur, infirmant aut etiam libidini permittunt. — Præsentium tandem bonorum illecti cupiditate, quæ *radix est omnium malorum et quam quidam appetentes erraverunt a fide* [2], jus proprietatis naturali lege sancitum impugnant; et per immane facinus, cum omnium hominum necessitatibus consulere et desideriis satisfacere videantur, quidquid aut legitimæ hereditatis titulo, aut ingenii manuumque labore, aut victus parcimonia adquisitum est, rapere et commune habere contendunt. Atque hæc quidem opinionum portenta in eorum conventibus publicant, libellis persuadent, epnemeridum nube in vulgus spargunt. Ex quo reverenda Regum majestas et imperium tantam seditiosæ plebis subiit invidiam, ut nefarii proditores, omnis freni impatientes, non semel brevi temporis intervallo, in ipsos regnorum Principes, impio ausu, arma converterint.

Hæc autem perfidorum hominum audacia, quæ civili consortio graviores in dies ruinas minitatur, et omnium animos sollicita trepidatione percellit, causam et originem ab iis venenatis doctrinis repetit, quæ superioribus temporibus tamquam vitiosa semina medios inter populos diffusæ, tam pestiferos suo tempore fructus dederunt. Probe enim nostis, Venerabiles Fratres, infensissimum bellum, quod in catholicam fidem inde a sæculo decimo

(1) Jud. Epist. v. 8. (2) 1 Tim. vi, 10.

sexto a Novatoribus commotum est, et quam maxime in dies hucusque invaluit, eo tendere ut, omni revelatione submota et quolibet supernaturali ordine subverso, solius rationis inventis, seu potius deliramentis, aditus pateret. Ejusmodi error, qui perperam a ratione sibi nomen usurpat, cum excellendi appetentiam naturaliter homini insertam pelliciat et acuat, omnisque generis cupiditatibus laxet habenas, sponte sua non modo plurimorum hominum mentes, sed civilem etiam societatem latissime pervasit. Hinc nova quadam impietate, ipsis vel ethnicis inaudita, respublicæ constitutæ sunt, nulla Dei et ordinis ab eo præstituti habita ratione : publicam auctoritatem nec principium, nec majestatem, nec vim imperandi a Deo sumere dictitatum est, sed potius a populi multitudine ; quæ ab omni divina sanctione solutam se æstimans, iis solummodo legibus subesse passa est, quas ipsa ad libitum tulisset. — Supernaturalibus fidei veritatibus, tamquam rationi inimicis, impugnatis et rejectis, ipse humani generis Auctor ac Redemptor a studiorum Universitatibus, Lyceis et Gymnasiis, atque ab omni publica humanæ vitæ consuetudine sensim et paulatim exulare cogitur. — Futuræ tandem æternæque vitæ præmiis ac pœnis oblivioni traditis, felicitatis ardens desiderium intra præsentis temporis spatium definitum est. — Hisce doctrinis longe lateque disseminatis, hac tanta cogitandi agendique licentia ubique parta, mirum non est quod infimæ sortis homines, pauperculæ domus vel officinæ pertæsi, in ædes et fortunas ditiorum involare discupiant ; mirum non est quod nulla jam publicæ privatæque vitæ tranquillitas consistat, et ad extremam perniciem humanum genus jam pene devenerit.

Supremi autem Ecclesiæ Pastores, quibus dominici gregis ab hostium insidiis tutandi munus incumbit, mature periculum avertere et fidelium saluti consulere studuerunt. Ut enim primum conflari cœperunt clandestinæ societates, quarum sinu errorum, quos memoravimus, semina jam tum fovebantur, Romani Pontifices Clemens XII et Benedictus XIV impia sectarum consilia detegere et de pernicie, quæ latenter instrueretur, totius orbis fideles admonere non prætermiserunt. Postquam vero ab iis, qui philosophorum nomine gloriabantur, effrenis quædam libertas

homini attributa est, et jus novum, ut aiunt, contra naturalem divinamque legem confingi et sanciri cœptum est, fel. mem. Pius Papa VI statim iniquam earum doctrinarum indolem et falsitatem publicis documentis ostendit; simulque apostolica providentia ruinas prædixit, ad quas plebs misere decepta raperetur. — Sed cum nihilominus nulla efficaci ratione cautum fuerit ne prava earum dogmata magis in dies populis persuaderentur, neve in publica regnorum scita evaderent, Pius PP. VII et Leo PP. XII occultas sectas anathemate damnarunt, atque iterum de periculo, quod ab illis impendebat, societatem admonuerunt. — Omnibus denique manifestum est quibus gravissimis verbis et quanta animi firmitate ac constantia gloriosus Decessor Noster Pius IX f. m., sive Allocutionibus, sive Litteris encyclicis ad totius orbis Episcopos datis, tum contra iniqua sectarum conamina, tum nominatim contra jam ex ipsis erumpentem Socialismi pestem dimicaverit.

Dolendum autem est eos, quibus communis boni cura demandata est, impiorum hominum fraudibus circumventos et minis perterritos in Ecclesiam semper suspicioso vel etiam iniquo animo fuisse, non intelligentes sectarum conatus in irritum cessuros, si catholicæ Ecclesiæ doctrina, Romanorumque Pontificum auctoritas, et penes Principes et penes populos, debito semper in honore mansisset. *Ecclesia* namque *Dei vivi*, quæ *columna* est *et firmamentum veritatis* [1], eas doctrinas et præcepta tradit, quibus societatis incolumitati et quieti apprime prospicitur, et nefasta Socialismi propago radicitus evellitur.

Quamquam enimvero Socialistæ ipso Evangelio abutentes, ad male cautos facilius decipiendos, illud ad suam sententiam detorquere consueverint, tamen tanta est inter eorum prava dogmata et purissimam Christi doctrinam dissensio, ut nulla major existat : *Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate ? aut quæ societas luci ad tenebras* [2] ? Ii profecto dictitare non desinunt, ut innuimus, omnes homines esse inter se natura æquales, ideoque contendunt nec majestati honorem ac reverentiam, nec legibus, nisi

(1) I Tim. III, 15. (2) II Cor. VI, 14.

forte ab ipsis ad placitum sancitis, obedientiam deberi. — Contra vero, ex Evangelicis documentis, ea est hominum æqualitas, ut omnes eamdem naturam sortiti, ad eamdem filiorum Dei celsissimam dignitatem vocentur, simulque ut uno eodemque fine omnibus præstituto, singuli secundum eamdem legem judicandi sint, pœnas aut mercedem pro merito consecuturi. Inæqualitas tamen juris et potestatis ab ipso naturæ Auctore dimanat, *ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur* [1]. Principum autem et subditorum animi mutuis officiis et juribus, secundum catholicam doctrinam ac præcepta, ita devinciuntur, ut et imperandi temperetur libido, et obedientiæ ratio facilis, firma et nobilissima efficiatur.

Sane Ecclesia subjectæ multitudini Apostolicum præceptum jugiter inculcat : *Non est potestas nisi a Deo ; quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit : qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Atque iterum *necessitate subditos* esse jubet *non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam ;* et *omnibus debita* reddere, *cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem* [2]. Siquidem qui creavit et gubernat omnia, provida sua sapientia disposuit, ut infima per media, media per summa ad suos quæque fines perveniant. Sicut igitur in ipso regno cælesti Angelorum choros voluit esse distinctos aliosque aliis subjectos ; sicut etiam in Ecclesia varios instituit ordinum gradus, officiorumque diversitatem, ut non omnes essent Apostoli, non omnes Doctores, non omnes Pastores [3] ; ita etiam constituit in civili societate plures esse ordines, dignitate, juribus, potestate diversos ; quo scilicet civitas, quemadmodum Ecclesia, unum esset corpus, multa membra complectens, alia aliis nobiliora, sed cuncta sibi invicem necessaria et de communi bono sollicita.

At vero ut populorum rectores potestate sibi concessa in ædificationem et non in destructionem utantur, Ecclesia Christi opportunissime monet etiam Principibus supremi judicis severi

(1) Ad Eph. III, 15.
(2) Rom. XXXIII.
(3) I Cor. XII.

tatem imminere ; et divinæ Sapientiæ verba usurpans, Dei nomine omnibus inclamat : *Præbete aures, vos qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum ; quoniam data est a Domino potestas vobis et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur... Quoniam judicium durissimum his qui præsunt fiet... Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujusquam ; quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio* [1]. Si tamen quandoque contingat temere et ultra modum publicam a Principibus potestatem exerceri, catholicæ Ecclesiæ doctrina in eos insurgere proprio marte non sinit, ne ordinis tranquillitas magis magisque turbetur, neve societas majus exinde detrimentum capiat. Cumque res eo devenerit ut nulla alia spes salutis affulgeat, docet christianæ patientiæ meritis et instantibus ad Deum precibus remedium esse maturandum. — Quod si legislatorum ac principum placita aliquid sanciverint aut jusserint quod divinæ aut naturali legi repugnet, christiani nominis dignitas et officium atque Apostolica sententia suadent *obediendum magis Deo quam hominibus* [2].

Salutarem porro Ecclesiæ virtutem, quæ in civilis societatis ordinatissimum regimen et conservationem redundat, ipsa etiam domestica societas, quæ omnis civitatis et regni principium est, necessario sentit et experitur. Nostis enim, Venerabiles Fratres, rectam hujus societatis rationem, secundum naturalis juris necessitatem, in indissolubili viri ac mulieris unione primo inniti, et mutuis parentes inter et filios, dominos ac servos officiis juribusque compleri. Nostis etiam per Socialismi placita eam pene dissolvi ; siquidem firmitate amissa, quæ ex religioso conjugio in ipsam refunditur, necesse est ipsam patris in prolem potestatem, et prolis erga genitores officia maxime relaxari. Contra vero *honorabile in omnibus connubium* [3], quod in ipso mundi exordio ad humanam speciem propagandam et conservandam Deus ipse instituit et inseparabile decrevit, firmius etiam et sanctius Eccle-

(1) Sap. VI.
(2) Act. V, 29.
(3) Hebr. XIII.

sia docet evasisse per Christum, qui Sacramenti ei contulit dignitatem, et suæ cum Ecclesia unionis formam voluit referre. Quapropter, Apostolo monente [1], sicut Christus caput est Ecclesiæ, ita vir caput est mulieris ; et quemadmodum Ecclesia subjecta est Christo, qui eam castissimo perpetuoque amore complectitur, ita et mulieres viris suis docet esse subjectas, ab ipsis vicissim fideli constantique affectu diligendas. — Similiter patriæ atque herilis potestatis ita Ecclesia rationem moderatur, ut ad filios ac famulos in officio continendos valeat, nec tamen præter modum excrescat. Secundum namque catholica documenta, in parentes et dominos cœlestis Patris ac Domini dimanat auctoritas ; quæ idcirco ab ipso non solum originem ac vim sumit, sed etiam naturam et indolem necesse est mutuetur. Hinc liberos Apostolus hortatur *obedire parentibus suis in Domino, et honorare patrem suum et matrem suam, quod est mandatum primum in promissione* [2]. Parentibus autem mandat : *Et vos, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione Domini* [3]. Rursus autem servis ac dominis per eumdem Apostolum divinum præceptum proponitur, ut illi quidem obediant *dominis carnalibus sicut Christo... cum bona voluntate servientes sicut Domino :* isti autem *remittant minas, scientes, quia omnium Dominus est in cœlis et personarum acceptio non est apud Deum* [4]. — Quæ quidem omnia si secundum divinæ voluntatis placitum diligenter a singulis, ad quos pertinet, servarentur, quælibet profecto familia cœlestis domus imaginem quamdam præ se ferret, et præclara exinde beneficia parta, non intra domesticos tantum parietes sese continerent, sed in ipsas respublicas uberrime dimanarent.

Publicæ autem ac domesticæ tranquillitati catholica sapientia, naturalis divinæque legis præceptis suffulta, consultissime providit etiam per ea quæ sentit ac docet de jure dominii et partitione bonorum quæ ad vitæ necessitatem et utilitatem sunt comparata. Cum enim Socialistæ jus proprietatis tamquam humanum inventum, naturali hominum æqualitate repugnans traducant, et com-

(1) Ad Eph. v.
(2) Ad Eph. vi, 1, 2.
(3) Ibid. v, 4.
(4) Ibid. vv. 5, 6, 7.

munionem bonorum affectantes, pauperiem haud æquo animo esse perferendam, et ditiorum possessiones ac jura impune violari posse arbitrentur ; Ecclesia multo satius et utilius inæqualitatem inter homines, corporis ingeniique viribus naturaliter diversos, etiam in bonis possidendis agnoscit, et jus proprietatis ac dominii, ab ipsa natura profectum cuilibet et inviolatum esse jubet : novit enim furtum ac rapinam a Deo, omnis juris auctore ac vindice, ita fuisse prohibita, ut aliena vel concupiscere non liceat, furesque et raptores, non secus ac adulteri et idololatræ, a cœlesti regno excludantur. — Nec tamen idcirco pauperum curam negligit, aut ipsorum necessitatibus consulere pia mater prætermittit : quinimo materno illos complectens affectu, et probe noscens eos gerere ipsius Christi personam, qui sibi præstitum beneficium putat, quod vel in minimum pauperem a quopiam fuerit collatum, magno illos habet in honore : omni qua potest ope sublevat ; domos atque hospitia iis excipiendis, alendis et curandis ubique terrarum curat erigenda, eaque in suam recipit tutelam. Gravissimo divites urget præcepto, ut quod superest pauperibus tribuant ; eosque divino terret judicio, quo, nisi egenorum inopiæ succurrant, æternis sint suppliciis multandi. Tandem pauperum animos maxime recreat ac solatur, sive exemplum Christi objiciens, qui *cum esset dives, propter nos egenus factus est* [1] ; sive ejusdem verba recolens, quibus pauperes beatos edixit et æternæ beatitudinis præmia sperare jussit. — Quis autem non videat optimam hanc esse vetustissimi inter pauperes et divites dissidii componendi rationem ? Sicut enim ipsa rerum factorumque evidentia demonstrat, ea ratione rejecta aut posthabita, alterutrum contingat necesse est, ut vel maxima humani generis pars in turpissimam mancipiorum conditionem relabatur, quæ diu penes ethnicos obtinuit ; aut humana societas continuis sit agitanda motibus, rapinis ac latrociniis funestanda, prout recentibus etiam temporibus contigisse dolemus.

Quæ cum ita sint, Venerabiles Fratres, Nos, quibus modo totius Ecclesiæ regimen incumbit, sicut a Pontificatus exordiis

(1) II Cor. VIII, 9.

populis ac Principibus dira tempestate jactatis portum commonstravimus quo se tutissime reciperent ; ita nunc extremo, quod instat, periculo commoti Apostolicam vocem ad eos rursus attollimus ; eosque per propriam ipsorum ac reipublicæ salutem iterum iterumque precamur, obtestantes, ut Ecclesiam, de publica regnorum prosperitate tam egregie meritam, magistram recipiant et audiant ; planeque sentiant, rationes regni et religionis ita esse conjunctas, ut quantum de hac detrahitur, tantum de subditorum officio et de imperii majestate decedat. Et cum ad Socialismi pestem avertendam tantam Ecclesiæ Christi virtutem noverint inesse, quanta nec humanis legibus inest, nec magistratuum cohibitionibus, nec militum armis, ipsam Ecclesiam in eam tandem conditionem libertatemque restituant, qua saluberrimam vim suam in totius humanæ societatis commodum possit exercere.

Vos autem, Venerabiles Fratres, qui ingruentium malorum originem et indolem perspectam habetis, in id toto animi nisu ac contentione incumbite, ut catholica doctrina in omnium animos inseratur atque alte descendat. Satagite ut vel a teneris annis omnes assuescant Deum filiali amore complecti, ejusque nomen vereri ; Principum legumque majestati obsequium præstare ; a cupiditatibus temperare, et ordinem, quem Deus sive in civili sive in domestica societate constituit, diligenter custodire. Insuper adlaboretis oportet ut Ecclesiæ catholicæ filii neque nomen dare, neque abominatæ sectæ favere ulla ratione audeant : quinimo, per egregia facinora et honestam in omnibus agendi rationem ostendant, quam bene feliciterque humana consisteret societas, si singula membra recte factis et virtutibus præfulgerent. — Tandem cum Socialismi sectatores ex hominum genere potissimum quærantur qui artes exercent vel operas locant, quique laborum forte pertæsi divitiarum spe ac bonorum promissione facillime alliciuntur, opportunum videtur artificum atque opificum societates fovere, quæ sub religionis tutela constitutæ omnes socios sua sorte contentos operumque patientes efficiant, et ad quietam ac tranquillam vitam agendam inducant.

Nostris autem vestrisque cœptis, Venerabiles Fratres, Ille aspiret, cui omnis boni principium et exitum acceptum referre

cogimur. — Cæterum in spem præsentissimi auxilii ipsa Nos horum dierum erigit ratio, quibus Domini Natalis dies anniversaria celebritate recolitur. Quam enim Christus nascens senescenti jam mundo et in malorum extrema pene dilapso novam intulit salutem, eam nos quoque sperare jubet ; pacemque, quam tunc per Angelos hominibus nuntiavit, nobis etiam se daturum promisit. Neque enim *abbreviata est manus Domini ut salvare nequeat, neque aggravata est auris ejus ut non exaudiat* [1]. His igitur auspicatissimis diebus Vobis, Venerabiles Fratres, et fidelibus Ecclesiarum vestrarum fausta omnia ac læta ominantes, bonorum omnium Datorem enixe precamur, ut rursum *hominibus appareat benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei* [2], qui nos ab infensissimi hostis potestate ereptos in nobilissimam filiorum transtulit dignitatem. — Atque ut citius ac plenius voti compotes simus, fervidas ad Deum preces et ipsi Nobiscum adhibete, Venerabiles Fratres ; et B. Virginis Mariæ ab origine Immaculatæ, ejusque Sponsi Josephi ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quorum suffragiis maxime confidimus, patrocinium interponite. — Interim autem divinorum munerum auspicem Apostolicam Benedictionem, intimo cordis affectu, Vobis, Venerabiles Fratres, vestroque Clero ac fidelibus populis universis in Domino impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum, die 28 Decembris 1878.

Pontificatus Nostri Anno Primo.

LEO PP. XIII.

(1) Is. LIX, 1.
(2) Tit. III, 4.

BREF DE S. S. LÉON XIII, QUI APPROUVE ET DECLARE AUTHENTIQUES L'ÉDITION TERMINÉE DU GRADUEL ROMAIN, ET CELLE COMMENCÉE DE L'ANTIPHONAIRE ET DU PSAUTIER, DU CHEVALIER PUSTET DE RATISBONNE [1].

LEO PP. XIII.

Dilecte Fili, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Sacrorum concentuum dignitati consulere, potissimum vero Gregoriani cantus uniformitati providere semper summis Pontificibus curæ fuit. Quapropter peculiari benevolentia ac laudibus eos viros prosequuti sunt qui, ad tam salubre ecclesiastici cantus institutum propagandum, in choricis Romanæ Ecclesiæ libris accurate edendis artis typographicæ subsidium contulerunt. Hac ratione Pius IX Prædecessor Noster tecum, Dilecte Fili, se gerere non dubitavit, quod cum Typographi Summi Pontificis et Congregationis SS. Rituum titulo insignitus sis, Gradualis, quod vocant, Romani editionem accuratissimam, juxta normas ab memorata SS. Rituum Congregatione tibi præscriptas, ad exitum feliciter perduxeris. Nunc vero pari studio ac diligentia, ut inchoatum olim a fel. mem. Paulo V Prædecessore Nostro opus perficeres, Antiphonarii ac Psalterii universi cum cantu editionem, juxta prædictas normas, ea servata ratione, quæ in Romana Aula viget, adornare aggressus es. Cujus operis cum pars continens horas diurnas jam absoluta sit, æquum plane est, ut curam industriamque tuam ea in re collocatam commendemus. *Itaque memoratam editionem a viris ecclesiastici cantus apprime peritis, ad id a SS. Rituum Congregatione deputatis revisam, probamus,*

(1) V. le Décret de la S. Congrégation des Rites en date du 14 avril 1877, sur l'édition du Graduel du même éditeur, dans notre tom. IX, pag. 351.

atque authenticam declaramus, Reverendissimis locorum Ordinariis cæterisque, quibus Musices Sacræ cura est, vehementer commendamus; id potissimum spectantes, ut sic cunctis in locis ac diœcesibus, cum in cæteris, quæ ad Sacram Liturgiam pertinent, tum etiam in cantu, una eademque ratio servetur, qua Romana utitur Ecclesia. Præterea jura omnia et privilegia, quæ ob ecclesiasticorum librorum a te peractas editiones, ab hac Sancta Sede per SS. Rituum Congregationem concessa tibi fuerunt, hisce Litteris confirmamus, iterumque, si opus fuerit, elargimur, ac certissimum benevolentiæ Nostræ pignus Apostolicam Benedictionem tibi, tuisque omnibus peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XV Novembris MDCCCLXXVIII, Pontificatus Nostri Anno Primo.

L. ✠ S. Pro D. Card. ASQUINIO.
D. Jocobini, *Substitutus.*

DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

I.

COLLEN.

VICARII GENERALIS.

Die 15 Junii 1878.

Supplici oblato libello diei 21 Februarii effluxi mox anni Reverendissimus Episcopus Collensis a S. V. O. petiit ut sibi facultas indulgeretur retinendi in suum Vicarium Generalem quemdam Nicolaum Sabatini, qui et laurea doctorali destitutus manet, simulque Canonicus Parochus Ecclesiæ Cathedralis extat.

Bina vice ad sex menses tantum Episcopi preces benigno favore exceptæ fuerunt, imposito eidem onere ut interim alium idoneum ecclesiasticum virum in Vicarium Generalem eligere curaret. Quo tamen effluxo tempore iterum preces renovavit laudatus Antistes ut ad tempus indeterminatum propter nonnulla rationum momenta inferius enucleanda hæc facultas eidem tribuenda foret. Quibus acceptis causam pertractandam duxi in hodierno EE. PP. conventu, rescribendo: *Per Summaria Precum*.

Ad hanc denegandam gratiam maxima oriri videtur difficultas tam ex eo quod Nicolaus Sabatini laurea doctorali caret, quam ex eo quia et Diœcesanus est, et Parochi officio fungitur. Neminem enim latet Vicarium Generalem Doctoratus vel saltem licentiatus gradu insignitum esse debere, quemadmodum sæpius a S. Congregatione Episcoporum et Regularium decisum fuisse refert Nicolius, in *Flosculis*, *V. Vicarius Generalis*, nec non *Monacelli*, in suo *Formul. leg. pract. part.* 2, *tit.* 16, *formul.* 7, *num.* 3, qui insuper docet, quod si ad prædictam Congregationem habeatur recursus contra Episcopum non retinentem Vicarium juris peritum, eadem solet Episcopo demandare ut retineat Vicarium Generalem Doctorem. Et jure meritoque: Vicarius enim

Generalis ad causas ecclesiasticas pertractandas idoneus non foret, nisi esset in jure peritus. Præsumptio autem nos edocet juris scientiam in Doctore reperiri, nos autem in alia quacumque persona, ut perbelle docet *Benedictus XIV*, in Constit. *Quam ex sublimi*[1], 8 *Augusti* 1755, § 4 ; *Azor. tom.* 2, *lib.* 3, *cap.* 43, *Quær.* 10 ; *Schmalz. Lib.* 1, *tit.* 28, *n.* 17 ; *Ferraris, V. Vic. Gener. Artic.* 1, *n.* 38.

Ulterius, uti innui, perpendendum quod ipse Diœcesanus sit et Parochus. Scitum enim in jure est Diœcesanum eligi non posse in Vicarium Generalem ; nam propter consanguinitates, affinitates, et alias attinentias posset deviare a recto tramite justitiæ, vel certe se reddere partibus suspectum, quemadmodum pluribus latis decisionibus S. C. EE. et RR. præsertim in Ostunen. *diei* 28 *Julii* 1687 ; Spalaten. 9 *Martii* 1693 ; Sutrina, 16 *Novembris* 1640, tenet *Nicolius*, *loc. cit.* Maxima vero quia Parochi officio fungitur, et explorati juris est Parochum ad hoc munus assumendum non esse. S. C. EE. et RR. in Senen. 20 *Martii* 1576 ; Oxomen. 4 *Augusti* 1578 ; Castellana, *Jurisdictionis etc.* 22 *Junii* 1708, *ad* 2 *Dub.* Quibus concinunt S. V. O. resolutiones in Nullius, 12 *Maii* 1629 ; Arianen. 28 *Aprilis* 1633, *ad* 3 *Dub.*

Contra vero perpendendum est aliquando concessum fuisse a prædicta Congr. EE. et RR. Episcopis retinendi vicarium non doctorem, alias tamen idoneum, præsertim si Episcopus Jurista sit, ceu docent resolutiones in Tragu. 25 *Junii* 1590, et in Orien. 29 *Martii* 1593. Hoc autem in casu contingere testatur Antistes edicens : « Il Sabatini è tenuto in grande riputazione da tutta la « Diocesi per sapere, per soavità di carattere, per illibatezza di « costumi, per essere elemosiniere, e per altre belle doti..... è « l'unico Sacerdote il quale (inter Capitulares) sia capace di « esercitare un ufficio di tanta importanza..... se io eleggessi un « altro..... mi tirerei addosso amare critiche, e l'indignazione di « quasi tutta la Diocesi essendo stato Vicario del mio antecesore..... le occupazioni del Sabatini come Vicario Generale « si riducono a ben poche, permettendomi la mia età e salute

(1) *Bullar. Benedicti XIV*, vol. XI, pag. 248.

« di sbrigare da me stesso la massima parte degli affari [1]. »

Minime obstante quod ipse sit Diœcesanus. Extante enim rationabili causa solet a præfata Congregatione EE. et RR. super hac qualitate dispensatio elargiri, dummodo absit occasio querelarum. Rationabiles autem inter causas ad hoc recenseri fructuum tenuitatem probant resolutiones mox dictæ Congregationis, in SUTRINA, 7 *Decembris* 1640, et in FUNDANA, 29 *Septembris* 1645. Hanc autem concurrere in themate prosequitur Antistes qui ultra fatetur bona mensæ Episcopalis a rapaci fisco adhuc detineri : « Non saprei trovare in Diocesi un Sacerdote rivestito delle doti « del Sabatini. Nè potrei scegliere un Sacerdote non diocesano, « poichè oltre la difficoltà somma di trovarlo, attesa la scarsità « del Clero, non avrei mezzi di provvederlo di quell'onorario « che naturalmente esigerebbe un prete dotto per indursi a « servire un' altra Diocesi [2]. » Notandum præterea quod : « È « ormai antica consuetudine che i Vescovi Toscani eleggono per « lo più in Vicario Generale alcuno tra i più idonei del Capitolo, « il quale per conseguenza è quasi sempre diocesano [3]. »

Nec obstare videtur qualitas parochialis. Etenim ait Antistes : « La sua Parrochia si estende ad una piccola parte della città,

(1) C'est à dire : « Sabatini est tenu en grande réputation dans tout le diocèse pour sa science, pour la douceur de son caractère, l'intégrité de ses mœurs, sa charité, et autres belles qualités.... Il est l'unique prêtre (parmi les Capitulaires) capable de remplir un emploi si important... Si j'en choisissais un autre... je m'attirerais d'amères critiques, j'exciterais l'indignation de tout le diocèse, Sabatini ayant été le Vicaire Général de mon prédécesseur...Les fonctions de Sabatini,comme Vicaire Général, se réduisent à bien peu de choses, mon âge et ma santé me permettant d'expédier moi-même la majeure partie des affaires. »

(2) « Je ne saurais trouver dans le diocèse un prêtre doué des qualités de Sabatini. Et je ne pourrais choisir un prêtre étranger : parce que, outre la difficulté d'en trouver un, vu la pénurie du Clergé, je ne pourrais lui donner l'honoraire qu'exigerait naturellement un prêtre instruit pour se consacrer au service d'un autre diocèse. »

(3) « C'est maintenant une antique coutume, que les Evêques Toscans choisissent le plus souvent leur Vicaire Général parmi les capables du Chapitre ; et ainsi il est presque toujours du diocèse. »

« noverando soltanto circa cinquecento abitanti. Di più essa non « manca del necessario servizio spirituale, perchè un Cappellano « e varii Canonici si prestano giornalmente ad ascoltare le sacra- « mentali confessioni e alle altre funzioni della Chiesa [1]. » Age, ex resolutione S. V. O. in Asten. 11 *Julii* 1626 docemur Sacram Congregationem haud improbare electionem parochi in Vicarium Generalem, quando concurrat paucitas numeri parochiæ incolarum, et vicinitas ecclesiæ parochialis cum ædibus episcopalibus.

Quibus omnibus perspectis, nec non attento quod alias consimilis facultas data fuit a S. Sede Silvestro Ceramelli de triennio in triennium, usquedum supremum diem obierit, licet in iisdem conditionibus ac Sabatini versaretur, uti refert laudatus Præsul, videant EE. VV. quonam responso Oratoris preces sint in themate dimittendæ.

Quare etc.

S. C. Respondit : *Pro gratia a die expirati Indulti, donec aliter Episcopus providere possit, facto verbo cum Sanctissimo.*

II.

LINGONEN. ET TURONEN.

SUPER FACULTATE BINANDI.

Die 24 Augusti 1878.

Plurimi Sacerdotes, in Lingonensi Diœcesi, facultate gaudent, ob Sacerdotum penuriam et populi necessitatem, diebus dominicis ac festis de præcepto secundam celebrandi missam in aliquibus ecclesiis quæ *adnexæ*, vel *Capellæ Auxilii*, vocantur ; nec non in capellis hospitiorum piorumque institutorum.

Quo posito, Ordinarius ille supplici libello diei 19 Martii 1878 Sacratissimum Principem adiit exponens quod : « ab ineunte « sæculo mos invaluit in Diœcesi secundam hanc missam cele-

(1) « Sa paroisse ne comprend qu'une petite partie de la ville, et ne compte que cinq cents habitants. De plus, le service n'y est pas en souffrance ; car un chapelain et plusieurs chanoines y entendent journellement les confessions, et se prêtent aux autres fonctions de l'église. »

« brandi etiam diebus festis, olim de præcepto celebratis, nunc « autem in Gallia suppressis ; neo sine gravi fidelium perturba- « tione supprimi potest, saltem quoad nonnullas hujusmodi festi- « vitates, quod quidem Episcepo oratori constat qui tentavit ea « de re Sanctæ Sedis præscripta inducere. » Eapropter humiliter expostulabat facultatem : « in præfatis ecclesiis et capellis, ubi « celebratur secunda missa diebus Dominicis et festis de præ- « cepto, pariter celebrandi in festis Circumcisionis Domini, Im- « maculatæ Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis et Nati- « vitatis B. V. Mariæ, Feria quarta cinerum, feria quinta in « Cœna Domini, feria secunda post Pascha, feria secunda post « Pentecostem, in Commemoratione generali fidelium defuncto- « rum, et in festo S. Stephani ; eo quod, ut ipsemet Episcopus « ait : hæc sunt festa fidelibus carissima inter suppressa. »

Haud huic valde absimilem petitionem Episcopus Turonensis in relatione status Ecclesiæ transmittebat, exponens Parochos, qui duas Paræcias regunt, quique pro diebus festis de præcepto facultate binandi gaudebant, consuevisse in iisdem festis suppressis, quæ in superiori libello numerantur, si demas feriam secundam post Pentecosten, et loco S. Stephani ponas nativitatem S. Joannis Baptistæ, secundam missam celebrare. Totus incubuit ut hunc abusum deleret, *sed frustratio facultatis audiendi Missam in Circumcisione Domini et feria quinta in Cœna Domini speciatim offendit fideles paræciarum vacantium :* 1. Quia dies Circumcisionis habetur a fidelibus tanquam festum ecclesiasticum, in quo primitiæ anni Deo consecrari debent. 2. Quia in feria quinta in Cœna Domini solent accedere ruricolæ ad mensam eucharisticam, et si Missa non celebraretur in parochiali ea die, præcepto annuæ communionis non satisfacerent. Quare humiliter exorabat ut indultum concederetur pro celebranda secunda missa die Circumcisionis et feriæ quintæ in Cœna Domini.

Hoc Episcopi Turonensis postulatum precibus Episcopi Lingonen. unire putavi, et sub unico libello hodie ambæ petitiones S. V. O. discutiendæ proponuntur, nonnullis prius de more animadversis.

Quidquid sit de veteri Ecclesiæ disciplina, juxta quam plu-

ries in die Sacrum litari poterat, *Thomas. De vet. et nov. Eccles. disciplina, P. III, Lib. 1, C. 72, num. 6 ; Benedictus XIV, de Synod. Diœces. lib. 5, Cap. VIII*, § 8 ; certum tamen est quod processu temporis ob gravissimos qui irrepserant abusus, ad coercendam præcipue quorumdam Sacerdotum avaritiam hujusmodi ampla libertas coarctata fuit, uti manifeste eruitur ex Concil. Salegunstadiense sæculo undecimo celebrato. Ibi sancitum est : *ut unusquisque presbyter in die non amplius quam tres missas celebrare præsumat*, apud Thomas. *loc. cit.* Verum Alexander II, in *can.*53, dist. 1, *De Consecr.*; Innoc. III, in capite *Consuluisti*, 3, *de celebrat. Miss.;* et Honorius III, in capite *Te referente*, 12, *eod. tit.* strictius iterationem hujusmodi interdixerunt, inculcando eam non amplius licere, excepta solemnitate Nativitatis Domini, ac urgente necessitatis causa. Quæ quidem recepta ac universalis ecclesiastica disciplina usque ad præsens adeo servata fuit, ut Ecclesia, non obstante quocumque prætextu, in nulla vel ex minima parte deflectere visa est maximo rigore procedendo, plurimis ac gravissimis pœnis in transgressores animadvertendo. *Pignatelli, t. 4, cons.* 1, num. 3. Etsi vero a regula generali excepta fuit urgens necessitas, non ideo quævis necessitas satis est ut facultas binandi concedatur, sed talis requiritur cui aliunde occurri nequeat, uti innixus Doctorum auctoritate fuse probat Benedictus XIV in sua Constitutione *Declarasti nobis* [1] et *S. Congreg. Concil.* in causa Auxitana, VV. SS. LL. 28 *Maii* 1853.

Hisce vero positis, nunquam videtur voto Oratorum suffragandum ; siquidem superius recensita necessitas ex parte populi haudquaquam verificatur in diebus ex festorum albo deletis, cum præceptum audiendi Sacrum non urgeat. Ad rem facit resolutio S. R. C. in Namurcen. diei 11 Septembris 1841, in qua, cum Episcopus Namurcen. S. C. R. exposuisset a fidelibus suæ diœcesis dies per indultum c. m. Cardinalis Caprara 9 Aprilis 1802 abrogatos uti festos observari, peteretque ut sibi concederetur facultas permittendi iterationem sacrificii illis sacerdotibus, quibus die dominico vel festo de præcepto hanc ille licentiam dare

(1) *Bullar. Benedicti XIV*, vol. IV, pag. 32.

consueverat, retulit responsum : *Non expedire* [1]. Haud aliter sensit S. V. O. in nuperrima GALTELLINOREN. per Sum. Precum proposita die 24 Aprilis 1875, ubi gratia denegata fuit Parochis illius Diœcesis facultatem celebrandi tres missas petentibus in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, ut populi pietati erga extinctos satisfacerent.

Neque fas est plurium annorum consuetudinem adducere, quatenus hæc naturam præscriptionis induat ; quia licet ecclesiastico jure prohibeatur quominus Sacerdos pluries in die celebret, non ideo tamen omnia quæ sola Ecclesiæ auctoritate sancita fuere præscribi possunt. Cum universalis hæc disciplina ad plurimos gravissimos abusus compescendos inducta fuerit, facile eveniret ut ex hominum malitia eadem mala in dies irreperent

(1) Voici la supplique et la réponse, telles que les donne Gardellini, *Decreta authentica Congregationis Sacrorum Rituum*, n. 4932, vol. IV, Append. II, pag. 62 :

Beatissime Pater !

Episcopus Namurcen. ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus humiliter exponit dies festos, in quibus obligatio audiendi missam per Decretum Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinalis Caprara, die 9 aprilis 1802, sublata fuit, communiter a fidelibus suæ diœcesis servari omnesque Regni Belgii Episcopos anno 1834 Litteras Encyclicas ad populos sibi commissos dedisse, in quibus eosdem hortantur, ut prædictis diebus Divinis Officiis sedulo interessent, aliisque bonis operibus pro posse incumberent.

Quum autem in pluribus locis diœcesis Namurcensis etiam majoribus, ob sacerdotum penuriam, missa solummodo diebus dominicis et festis de præcepto celebretur,idem Episoopus, ad fovendam fidelium devotionem, piisque eorum votis satisfaciendum, Sanctitati Vestræ enixe supplicat pro facultate presbyteris, quibus in hac diœcesi diebus dominicis et festis de præcepto bis celebrare ab Ordinario Auctoritate Apostolica permittitur, eamdem licentiam concedendi pro festis per supramemoratum Decretum abrogatis, prout in Diœcesibus Leodiensi et Tornacensi practicari noscitur.

Et Deus etc.

Eminentissimi et reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, re maturo examine perpensa, rescribendum censuerunt : *Non expedire.*

Die 11 septembris 1841.

in Ecclesia Dei cum maximo fidelium ac Religionis discrimine. Hinc est quod consuetudo hujusmodi, utpote adversans universalibus Ecclesiæ sanctionibus, ac frangens nervum ecclesiasticæ disciplinæ, dicenda est potius corruptela juris.

E contra, si rationum momenta ab Episcopis adducta perpendantur, eorumdem preces non videntur respuendæ. Ex una enim parte, habetur Sacerdotum penuria ; ex alia vero, gravis perturbationis timor, si hujusmodi gratia denegetur. Quæ quidem causa, quamvis prima fronte haud videtur inducere casum necessitatis ab Innocentio III a regula generali in sua Constitutione exceptum, et quem Doctores, inter quos Benedictus XIV, revocant ad statum in quo fideles missa carerent nisi binaretur ; tamen aliter res se habet si ad spiritum, magis quam ad corticem verborum inspiciatur. Revera juristæ in determinanda practica qualitate præfatæ necessitatis, speciatim præ oculis habuisse videntur damnum spirituale quod pateretur populus christianus, nec non ipsa Catholica Religio in aliquibus peculiaribus adjunctis ; ita ut toties necessitas hujusmodi comprobatur, quoties bonum spirituale fidelium in discrimen vocetur. Quibus positis, si pia fidelium desideria erga divinum cultum frustrarentur, facili pacto eveniret, ut illi pietatis sensus, quos maxime interest in populo christiano excitare et fovere præsentibus præcipue temporibus, paulatim languescerent ac sensim sine sensu suffocarentur cum periculo maximo fideles Christi perducendi ad exitiosum indifferentismum.

Forsitan hisce rationibus adducta indulgentem se præbuit S. H. Congregatio precibus Episcopi Argentinensis die 17 Septembris 1859, in Argentinen. *Indulti per Summaria Precum.* Cum enim Ordinarius ille retulisset fideles suæ Diœcesis ægerrime passuros missæ Sacrificii auditione privari in festo Circumcisionis, qui dies, ab indulto Cardinalis Caprara abrogatus, uti mere festus civilis celebratur, hinc humiliter expetebat, ut concederetur facultas, dicta in die, sacrum iterandi, quod revera factum fuit edito rescripto : « pro gratia ad quinquennium : facto verbo cum SSmo [1]. »

(1) Cette cause se trouve dans le recueil de Lingen. et Reuss : *Causæ*

Quibus breviter delibatis, videant EE. VV., ea qua pollent juris scientia ac religione, quomodo preces Episcoporum Lingonensis et Turonensis sint dimittendæ.

Quare, etc.

S. C. Respondit : *Pro gratia juxta petita Archiep. Turonen. et Ep. Lingonen. ad quinquennium, facto verbo cum Sanctissimo.*

III.

NANCEIEN-TULLEN ET NEMAUSEN.

CIRCA APPLICATIONEM SECUNDÆ MISSÆ.

Die 14 septembris 1878.

Episcopus Nanceiensis-Tullensis in Gallia exposuit ab anno 1842 institutam fuisse in sua diœcesi Sacerdotum Congregationem S. Josephi, indulgentia a S. Sede ditatam, cujus sodales semel, pro unoquoque sacerdote confratre defuncto, missam celebrare debent. Sacerdotes, quibus binare concessum est diebus dominicis et festis, secundam litarunt missam pro defunctis confratribus, arbitrantes id se facere posse tuta conscientia. Attamen cum dubium exortum fuerit circa ejusmodi agendi modum, Ordinarius quæsivit : *An missa binationis offerri possit, ut in casu, pro defunctis Confratribus ?*

Ex Constitutione Benedicti XIV, *Cum semper oblatas* [1], et ex constanti disciplina S. Congregationis Concilii clare patet vetitum esse parocho aut alii sacerdoti missam iteranti, quominus pro secundæ missæ applicatione eleemosynam percipiat. Hujus constan-

selectæ in S.Cong.Cardin.Conc.Trid.Interpretum propositæ per Summaria Precum ab anno 1823 *usque ad annum* 1869, n.512, pag. 876.

(1) *Bullarium Benedicti XIV*, vol. II, pag. 304 et seq. Il est assez étonnant que le rapporteur de cette cause invoque cette Bulle de Benoît XIV, comme si ce grand Pontife y avait mis un principe opposé à ce qu'on reçût un honoraire pour la seconde messe. Or il n'y a pas le moindre mot qui y fasse allusion. Il y établit que le curé ne peut recevoir un honoraire pour la messe qu'il doit appliquer pour le peuple; mais il se tait absolument sur le cas du curé qui dirait une seconde messe. C'est donc en vain qu'on fait ici appel à son autorité, ou à sa Bulle.

tis decisionis ratio in hoc posita est, ut quodlibet mercimonium a rebus sacris removeatur; et ideo nedum directa eleemosynæ perceptio pro secundæ missæ applicatione, sed etiam quivis prætextus percipiendi eleemosynam, et quæcumque indirecta ejusdem eleemosynæ perceptio est arcenda.

Quibus positis, videtur sacerdotem applicare non posse secundam missam pro Confratribus defunctis : quia, si non directe, saltem indirecte videtur eleemosynam percipere, dum applicans missam pro confratre sacerdote satisfacit obligationi, cui si per se non satisfaceret, vel alii stipendium rependere deberet, ut missam illam celebraret, ad quam ipse ex obligatione tenetur, dando suum nomen prædicto Sodalitio ; vel saltem eleemosynam missæ amittere deberet. Quare secundam missam applicando saltem rebus suis parceret, et ita indirecte eleemosynam reciperet.

Ex altera vero parte, perpendendum est quod secundam missam applicando pro Confratribus defunctis, sacerdos eleemosynam nec *directe*, nec *indirecte* percipit. Non *directe*, quia in facto nihil recipit. Non *indirecte*, nam ad ipsam applicandam adstringitur non justitiæ, sed charitatis vinculo. Unde, cum nulla lex prohibitiva reperiatur, quæ secundam missam applicare prohibeat pro sua devotione [1], vel pro suis defunctis, aut animabus in purgatorio degentibus, nihil vetare videtur, quominus pro suffraganda Confratris defuncti anima secundum applicet sacrificium. Notum enim in jure est, quod illud censetur permissum, quod non est a jure prohibitum.

(1) Non seulement on ne trouve aucune loi qui limite la liberté du curé quant à l'application de sa seconde messe ; mais il y a une décision claire et précise de la S. Congrégation du Concile, qui déclare que le curé satisfait à son obligation en appliquant une seule messe pour ses paroissiens. Elle a été donnée à l'Archevêque de Cambray le 24 septembre 1858. La voici :

II. An parochus, qui in una eademque parochia bis eadem die celebrat, utramque missam pro populo sibi commisso gratis applicare omnino teneatur in casu ?

Ad II. Negative, firma prohibitione recipiendi eleemosynam pro secunda missa.

Hisce præjactis, prudentiæ Emorum Cardinalium remissum fuit perpendere, quonam responso dimittendum fuisset propositum dubium.

Sacra Congregatio Concilii, visis videndis, sub die 14 septembris 1878, respondere censuit : *Licere.*

DÉCRET DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

DECRETUM

QUO EMERE VEL MERCARI PROHIBETUR SACRAS RELIQUIAS ET SANCTORUM EXUVIAS TAM IN URBE QUAM EXTRA.

Cum sanctorum Martyrum et aliorum cum Christo viventium Sancta Corpora, quæ viva membra fuerunt Christi et templum Spiritus Sancti, a fidelibus veneranda sint ; multa enim beneficia per ea a Deo hominibus præstantur [1]; ut eorum venerationi consulatur utque omnis turpis quæstus eliminetur, non semel leges ecclesiasticæ sed et civiles latæ fuerunt. Siquidem cap. 3, Cod. *de Sacrosanctis Ecclesiis*, statutum fuit : *Nemo Martyres distrahat, nemo mercetur.*

Jam vero abhinc nonnullis annis, suffragantibus rerum ac temporum adjunctis, abusus irrepsit, ut homines catholicæ fidei osores et turpis lucri avidi Sacras Reliquias undequaque exquisitas et arreptas et authenticitate pollentes, Romæ potissimum, magno fidelium et maxime advenarum scandalo, vendere non erubescant.

Id cum Sanctissimo Domino Nostro Leoni PP. XIII innotuerit, Eadem Sanctitas Sua volens huic malo occurrere, et simul Sacrarum Reliquiarum, quantum fieri potest, recuperationi studere, sacrorum canonum statutis inhærens districte præcepit, ne Christifideles sub quolibet prætextu, etiam redimendi, Sacras Reliquias et Sanctorum exuvias, licet capsula reconditas et sigillo munitas, tam in Urbe, quam extra, emere aut mercari præsumant. Insuper mandavit, ut quicumque Sacras Reliquias,

(1) Concil. Trident. Sess. 25. *De venerat. et Reliq. Sanctor.*

quæ venales prostent, invenerit, Locorum Ordinarios commoneat, quorum intererit opportune providere.

Hoc propterea Decretum Idem Sanctissimus Dominus Noster fieri et publicari mandavit.

Datum Romæ ex Secretaria Sacræ Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ die 21 Decembris 1878.

Al. Card. Oreglia a s. Stephano Præfectus.

A. Panici Secretarius.

DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

I.

LES VICAIRES CAPITULAIRES DOIVENT S'ABSTENIR D'ÉRIGER DES CONFRÉRIES, DE DONNER LES LETTRES TESTIMONIALES ET LE CONSENTEMENT EXIGÉS PAR CLÉMENT VIII POUR LEUR AGRÉGATION, ET D'APPROUVER LES STATUTS.

CONGREGATIONIS PRETIOSISSIMI SANGUINIS.

De facultate Vicarii Capitularis quoad Confraternitatum erectionem.

Die 15 novembris 1878.

DECRETUM. — Cum in Aurelianen. diei 18 augusti 1868 ab hac S. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita declaratum fuerit, Vicarios Generales in erigendis Confraternitatibus, earumdem statutis approbandis, ac litteris testimonialibus pro ipsarum aggregatione concedendis juxta Clementis VIII Constitutionem, quæ incipit : *Quæcumque a Sede Apostolica*, haud pollere potestate ordinaria, sed specialis indigere delegationis [1] : in dubium fuerunt etiam revocatæ Vicarii Capitularis, quoad prædicta, facultates. Unde Superior Generalis Congregationis Pretiosissimi Sanguinis preces huic S. Congregationi porrexit ad hoc, ut sequentia dubia dignetur resolvere :

I. Potestne Vicarius Capitularis erigere Confraternitates, ita ut erectio sic peracta canonica sit ?

II. Utrum Vicarius Capitularis possit valide concedere litteras

(1) Nous avons donné le texte de cette décision dans notre tom. I, pag. 107.

testimoniales, ac consensum requisitum a Clemente VIII pro aggregatione Confraternitatum?

III. Utrum Vicarius Capitularis possit approbare statuta Confraternitatum?

In Congregatione generali habita in Palatio Apostolico Vaticano die 15 novembris 1878, Emi Patres rescripserunt :

Ad I, II et III. *Vicarius Capitularis se abstineat.*

Factaque de his omnibus per me infrascriptum dictæ S. Congregationis Secretarium SSmo D. N. Leoni Papæ XIII in audientia diei 23 novembris 1878 relatione, Sanctitas sua S. Congregationis resolutionem benigne approbavit.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die et anno, ut supra.

AL. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO Præfectus.
A. PANICI, *Secretarius.*

II.

I. QUAND, POUR LE GAIN DES INDULGENCES, LA CONFESSION EST PRESCRITE TOUTES LES SEMAINES, ELLE DOIT ÊTRE FAITE, ENDÉANS LES SEPT JOURS.

II. QUAND ELLE EST PRESCRITE TOUTES LES DEUX SEMAINES, ON DOIT LA FAIRE ENDÉANS LES QUATORZE JOURS.

FRIBURGEN.

SUPER INTERPRETATIONE VERBORUM INFRA UNAM VEL DUAS HEBDOMADAS.

Die 15 *novembris* 1878.

DECRETUM. Lotharius Kubel, Episcopus Leucensis et Vicarius Capitularis Archidiœcesis Friburgensis, die 14 januarii 1877, cum petiisset ab hac S. Congregatione Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita, quod inibi ob sacerdotum penuriam confessio facta bis in mense, servatis servandis, suffragari possit ad indulgentias intra prædictum tempus occurrentes lucrandas, quemadmodum et aliæ diœceses tali concessione ex Indulto Apostolico

lætantur, gratia fuit concessa, ast eo modo et forma qua assolet, rescribendo scilicet : « SSmus precibus obsecundans, benigne annuit pro petito indulto, ita ut presbyteri et cæteri fideles Archidiœcesis Friburgensis, qui infra unam vel duas hebdomadas unius cujusque mensis sacramentalem confessionem peragere solent, omnes et singulas Indulgentias plenarias, eo temporis intervallo concessas, absque sacramentali confessione lucrari possint, dummodo etc. [1]. »

Puisse cet opuscule, appelé au plus brillant succès, être lu par tous nos frères égarés, leur dessiller les yeux, dissiper leurs erreurs, les ramener à la vraie foi, et donner ainsi au cœur si paternel de notre illustre et pieux Cardinal, la plus noble récompense qu'il ambitionne et que ses nombreux et savants travaux méritent à si juste titre.

II.

COLLECTIO OMNIUM CONCLUSIONUM ET RESOLUTIONUM S. CONGREGATIONIS CONCILII TRIDENTINI, cura et studio SALV. PALLOTTINI. Tom. IV, fasc. 40; et Tom. V, fasc. 41-47.

Depuis notre dernière annonce, M. l'abbé Pallottini n'est pas resté inactif. Huit nouvelles livraisons nous sont parvenues, et conduisent l'ouvrage jusqu'au paragraphe IV du mot *Capellania*. Dans ces livraisons, l'auteur a donné la suite du mot *Canonici;* les décisions qui se rapportent aux mots : *Canonicus*, *Cantus Gregorianus*, *Capella* et *Capellania*.

Nous devons appliquer aux nouvelles livraisons les éloges que nous avons donnés aux premiers volumes, et nous disons, sans craindre qu'on puisse nous taxer d'exagération, que l'ouvrage de M. l'abbé Pallottini est indispensable à ceux qui veulent se tenir au courant des principes et de la science canoniques.

III.

DE RECIDIVIS ET OCCASIONARIIS ET DE PRAXI CONFESSARIORUM, auct. ÆMILIO BERARDI, parocho Faventinæ diœcesis. Edit. 2a auctior et ad novam formam redacta. 3 vol. in-8.

De l'ouvrage que nous annonçons, les deux premiers volumes seulement ont paru : le troisième est sous presse et ne

tardera pas à voir le jour, nous en rendrons compte après son apparition.

Dans les deux premiers volumes, M. le curé Berardi traite de la partie la plus difficile et la plus importante de l'administration du sacrement de pénitence. De la conduite du confesseur à l'égard des nombreux pénitents dont s'occupe l'auteur, dépend la conversion et par conséquent le salut de beaucoup de pauvres pécheurs. Il est donc de la dernière importance de donner des règles sages et prudentes qui dirigent sûrement le confesseur auquel s'adressent ces sortes de pénitents. C'est ce qu'a fait M. le curé de Faënza.

Son ouvrage est le fruit d'études profondes, de sérieuses recherches, d'une longue expérience mûrie par la pratique et par les conseils de personnages vivants aussi remarquables par leur prudence que par leur doctrine. La clarté et la simplicité du style, l'ordre et la méthode suivie par l'auteur, le discernement dont il a fait preuve dans le choix des opinions lui ont mérité les applaudissements de toute la presse catholique et les éloges des plus illustres théologiens italiens et étrangers. Aussi, la première édition, bientôt épuisée, se répandit-elle dans toutes les parties de l'Italie et dans beaucoup d'états de l'Europe, voire même de l'Amérique.

La seconde édition est encore plus digne que la première, de ces éloges et de ces encouragements, à cause des nombreuses additions et des améliorations dont l'auteur l'a enrichie. Nous ne pouvons suivre l'auteur dans ses développements, nous devons nous borner à donner un court aperçu de son œuvre, suffisant cependant pour que nos lecteurs puissent juger de la quantité de questions abordées et résolues par le docte curé.

Le premier volume est consacré aux récidifs, et divisé en deux parties. Dans la première, l'auteur s'occupe des récidifs

en des fautes mortelles ; dans la seconde, des récidifs en des fautes vénielles seulement.

La première partie contient deux chapitres. Le premier résout la question fondamentale du degré de certitude requis et suffisant pour former la conscience du confesseur touchant la concession ou le délai de l'absolution, et adopte les principes de St. Alphonse sur ce point.

Dans le second chapitre, l'auteur examine l'office du confesseur en tant que juge (Art. 1), il précise d'abord les signes qui lui donneront ses apaisements sur la disposition du pénitent (Punct. 1) ; puis nous dit quand il y a espoir qu'une bonne exhortation donne aux pénitents la disposition nécessaire (Punct. 2) ; enfin quand il est permis d'absoudre sous condition un pénitent dont la disposition est douteuse (Punct. 3).

Un second article détermine les devoirs du confesseur en tant que médecin. La règle générale est que, comme tel, le confesseur doit chercher le plus grand bien du pénitent (Punct. 1). Des règles spéciales disent quand le plus grand bien du pénitent exige que l'absolution lui soit donnée immédiatement ou lui soit, au contraire, différée (Punct. 2). L'auteur y discute les cas où le pénitent est obligé de restituer, de se réconcilier, de dénoncer etc., et une foule de cas très-pratiques, et qui plongent souvent le confesseur dans le plus grand embarras. Cet article contient près d'une centaine de pages qui sont de la plus haute utilité pour les confesseurs.

Le troisième article nous apprend quand le pénitent a droit d'être absous, et quand, nonobstant ce droit, le confesseur peut justement lui différer l'absolution.

Enfin dans un quatrième article l'auteur spécifie les cas où le bien public demande que l'absolution soit différée au pénitent, quoique l'intérêt privé de celui-ci ne l'exige point ; et où le bien public veut que le pénitent soit absous, quoique ses dispositions soient douteuses.

Dans la seconde partie, l'auteur montre d'abord qu'il est facile de bien disposer les pénitents qui viennent avec des fautes vénielles seulement (Quæst. 1) ; ensuite qu'en général le confesseur trouvera facilement une matière suffisante chez ces pénitents (Quæst. 2); que, dans le doute sur la suffisance de la matière ou des dispositions du pénitent, le confesseur doit, s'il veut lui donner l'absolution, demander quelqu'accusation des fautes de sa vie passée (Quæst. 3). L'auteur examine ensuite si, dans ce cas, une accusation générale suffit, ou s'il faut une accusation spécifique (Quæst. 4); puis il passe à la conduite à tenir avec les enfants dont la confession laisse le confesseur dans le doute s'ils sont capables d'absolution (Quæst. 5). Enfin, comme le même doute peut exister relativement à la confession des adultes, l'auteur traite la question sous ce rapport (Quæst. 6).

En terminant la cinquième question, M. le curé Bérardi s'élève fortement contre la pratique de certains confesseurs, qui ne donnent jamais l'absolution aux enfants, et se contentent de les renvoyer avec la bénédiction, jusqu'au moment de leur première communion. Il montre combien cette pratique est nuisible à l'âme des enfants, est contraire aux actes et aux règles données par tous les théologiens, est opposée à l'esprit de l'Église.

Le second volume s'occupe des occasionnaires, et est, comme le précédent, divisé en deux parties. Dans la première partie, l'auteur pose les principes généraux touchant les occasions et les occasionnaires. Le premier chapitre traite de l'occasion volontaire ; le second, de l'occasion nécessaire.

Après avoir établi qu'on ne peut, sans se rendre coupable d'une faute grave, s'exposer volontairement à un grave péril probable de pécher mortellement (Art. 1), l'auteur définit ce qu'il faut entendre par occasion prochaine, quels sont les in-

dices du péril grave, ceux de la cessation de ce péril, et s'il suffit d'éviter formellement seulement l'occasion prochaine volontaire (Art. 2). Il trace ensuite les devoirs du confesseur à l'égard des pénitents qui se trouvent dans une occasion prochaine volontaire, soit continue, soit interrompue (Art. 3).

Dans le second chapitre, nous lisons les devoirs du confesseur à l'égard des pénitents qui sont dans l'occasion nécessaire, et qui se présentent, soit pour la première fois (Art. 1), soit en cas de récidive (Art. 2).

Toute cette partie est très-pratique, quoique ne paraissant contenir que les principes généraux. Nous disons : *ne paraissant contenir*, car l'auteur a soin d'en faire de nombreuses applications dans des cas particuliers, où il fait preuve d'une rare sagacité jointe à une haute prudence, et faisant remarquer, avec beaucoup de justesse, que, si les théologiens des siècles précédents usaient avec tant de sobriété du remède du délai d'absolution, trouvaient si facilement des cas exceptionnels, où l'on pouvait risquer de donner l'absolution, les circonstances, où nous vivons, nous autorisent à être plus faciles encore et plus miséricordieux : car les pauvres pécheurs seront bien plus vite dégoûtés de la sévérité du confesseur, et abandonneront les sacrements avec bien plus de facilité qu'autrefois.

La seconde partie de ce volume est encore plus pratique que la première : l'auteur traite des occasions en particulier, c'est-à-dire de la plupart des cas qui font la croix des confesseurs.

Le premier chapitre expose et résout les difficultés que présentent les occasions qui sont la plupart du temps volontaires : le concubinage, et les moyens à employer par le confesseur (Art. 1) ; les danses (Art. 2) ; les théâtres (Art. 3) ; les carnavals (Art. 4) ; les conversations et réunions (Art. 5) ;

les mauvaises compagnies (Art. 6); les mauvais livres (Art. 7); les jeux de hasard (Art. 8); les cabarets et cafés (Art. 9).

Le second chapitre suit la même marche pour les occasions qui sont ordinairement nécessaires. On y voit les règles à observer à l'égard de ceux qui fréquentent, soit sans espoir fondé d'un mariage prochain, soit avec cet espoir, soit après les fiançailles (Art. 1); ensuite celles à suivre avec une femme qui a été violentée (Art. 2); avec les époux onanistes (Art. 3); ou placés dans d'autres occasions domestiques (Art. 4); ou avec les servantes (Art. 5); ou dans les occasions naissant de la fréquentation des écoles, ou colléges (Art. 6); ou de l'exercice d'un art ou d'un emploi (Art. 7).

On le voit, l'ouvrage est complet, toutes les difficultés y sont abordées, et résolues de manière à satisfaire les esprits les plus difficiles, et à faciliter aux confesseurs les saintes, mais pénibles fonctions du tribunal, sans s'écarter des vrais et sains principes de la théologie. Nous le recommandons spécialement à ceux de nos lecteurs qui sont employés dans l'enseignement, ou dans le ministère pastoral; ils y trouveront un guide sûr et prudent [1].

Nous rendrons compte du troisième volume, c'est-à-dire de la *Praxis confessariorum*, quand il aura paru.

(1) L'auteur nous prie d'annoncer que l'ouvrage est en vente chez lui au prix de 7 francs les deux volumes, pour les pays étrangers, et 10 francs, y compris la *Praxis confessariorum*, ou les trois volumes. Toutefois une remise de 10 0/0 est faite à ceux qui en prennent deux exemplaires; de 15 0/0, à ceux qui en demandent trois; et de 20 0/0, pour quatre exemplaires. L'adresse de l'auteur est: M. Bérardi, curé à Faënza, Italie.

CONSULTATION.

I. Le négoce étant défendu par les saints canons, aux clercs et aux religieux, doit-on regarder comme tombant sous cette défense les *obligations* et les *actions* que des prêtres prennent dans des compagnies de chemins de fer, d'assurances, de crédit etc..... ?

Il semble que l'usage que les compagnies font de l'argent versé par ces prêtres est un véritable négoce auquel ces derniers contribuent.

II. La croix d'un autel où se dit la messe, peut-elle être suppléée par la représentation de J. C. en croix au grand tableau qui se trouve d'ordinaire derrière le maître-autel ?

III. Les Evêques, de droit privé, peuvent-ils avoir des cas réservés autres que ceux mentionnés dans la bulle *Apostolicæ Sedis ?*

Resp. ad I. Nous avons déjà traité longuement cette matière. Il nous suffira donc de donner la solution du doute en deux mots ; on peut en voir la preuve dans nos articles précédents [1]. On doit regarder comme tombant sous la défense du négoce l'achat d'*actions* des chemins de fer, des compagnies d'assurance, de crédit, etc. Il n'en est pas de même des *obligations*, à moins qu'on ne les achète avec l'intention de les revendre en cas de hausse, afin de bénéficier ainsi de la différence entre le prix d'achat et de revente.

Peu importe pour les obligataires l'usage que les compagnies font de l'argent versé ; il n'en résulte aucun bénefice pour eux. Tout l'avantage, lorsqu'avantage il y a, est au profit des actionnaires.

(1) V. notre Tom. vi, pag. 331 et 518 ; Tom. viii, pag. 488.

Ad II. Benoît XIV a tranché cette question dans sa constitution *Accepimus*, où nous lisons : « Secundo loco inquiritur, utrum Crucifixus pendens a cruce debeat in altari constitui, etiamsi Salvator noster crucifixus in majori tabula altaris depictus, aut cælatus appareat. Gavantus id quidem probat. Alii vero necessarium id minime arbitrantur, dummodo tamen Crucifixus in majori tabula vel pictus, vel cælatus, primum locum obtineat præ cæteris omnibus, quæ in eadem tabula exprimuntur. Ita censent Pasqualigus, *De sacrificio missæ*, quæst. 716; Quartus, *ad Rubricas Missalis*, part. 1, Titul. 20, dub. 10; et Giribaldus, *De sacramentis*, in tract. 5, *De sacrificio Missæ*, cap. 9, dub. 2, n. 20. Huic pariter sententiæ se conformavit Congregatio Sacrorum Rituum, uti constat ex responsione, quam ipsa promulgavit anno 1663 [1]. » Ainsi pas de doute, si le Christ en croix occupe la place principale dans le tableau.

Ad III. C'est une vérité de foi que les Evêques peuvent se réserver l'absolution de certains cas [2]. Ce pouvoir n'est nullement enlevé aux Evêques par la Constitution *Apostolicæ Sedis*. Cette Bulle réserve quelques cas aux Evêques, mais ne restreint pas le pouvoir que leur reconnaît le Saint Concile de Trente.

(1) *Bullarium Benedicti XIV*, Vol. IV, pag. 267. Cf. *ibid.*, pag 271.

(2) Nous lisons dans le Concile de Trente : « Si quis dixerit Episcopos non habere jus reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atque ideo casuum reservationem non prohibere ; quominus sacerdos a reservatis vere absolvat ; anathema sit. » Sess. XIV, Can 11. *De sanctissimo Pœnitentiæ sacramento*. Cf. *ibid.*, cap. 7.

ACTES DU SAINT' SIÈGE.

I.

MOTUS PROPRIUS DE S. S. LÉON XIII TOUCHANT LA CONFECTION DES LETTRES APOSTOLIQUES.

LEO PP. XIII.

Motu proprio etc. Universæ Ecclesiæ regimen humilitati Nostræ concreditum inter alia sollicitudinem a Nobis expostulat, ut per eos, quorum opera, et ministeriis utimur, eæ meliorationes ac modificationes quæ magis publicæ utilitati consulere, magisque ætati huic nostræ respondere videntur, in re præsertim Ecclesiastica procurentur, atque afferantur. Quapropter cum experientia compertum fuerit characterem theutonicum vulgo–*Bollatico*– utpote ab usu communi remotum, Litterarum Apostolicarum lectioni difficultatem ingerere, et earumdem remorari expeditionem quousque authenticum exemplar, *Transumptum* nuncupatum, signatum non fuerit; plumbeum vero numisma faciliori hujusmodi Litterarum transmissioni haud leviter obesse, super quibus elatas quandoque fuisse querelas novimus, Nos his, aliisque minoris ponderis incommodis prospiciendum, Apostolici muneris esse reputamus.

Idcirco de consilio dilecti Nostri Filii Cardinalis Pro-Datarii, et audito desuper etiam dilecto filio Cardinali S. R. E. Vice–Cancellario, per præsentes litteras Motu proprio characteris, de quo supra, in Apostolicis Litteris usum sublatum, et aboletum decernimus ac declaramus, mandantes ut a præsentium publicatione Litteræ Apostolicæ communi latino charactere super charta pergamena, ut in more est, exscribantur, et exarentur, firmis tamen manentibus omnium, et singulorum Officialium, et ministrorum subscriptionibus cum proprii cujusque muneris respectiva designatione.

Quoad plumbea numismata una cum adjectis cordulis præcipimus ea servanda tantum esse in Apostolicis Litteris collationum, erectionum et dismembrationum Beneficiorum majorum [1], nec non in aliis Sanctæ Sedis solemnibus actis. In reliquis vero litteris et præsertim in illis quæ Beneficia minora ac dispensationes super impedimentis matrimonialibus respiciunt, Auctoritate Nostra Apostolica, per præsentes eadem abolemus, et abolita fore statuimus et mandamus, iisque substitui ac substitutam, et subrogatam fore jubemus impressionem rubri coloris sigilli noviter conficiendi imagines ipsorum Apostolorum Petri et Pauli referentis, inscriptione Nominis regnantis Summi Pontificis circumducta. Quæ autem pro fideliter custodiendis et asservandis plumbi numismatum typis statuta sunt, eadem per præsentes confirmamus atque examussim observanda esse decernimus.

Quamobrem Cardinalibus Nostris Pro-Datario, et S. R. E. Vice-Cancellario eorumque pro tempore Successoribus hoc Nostro Motu proprio præcipimus et injungimus, ut ipsi in posterum in quacumque Litterarum Apostolicarum hujusmodi expeditione, superius præmissa atque ordinata præ oculis habentes, ea firmiter observent, et ab omnibus, et singulis sibi respective subjectis Officialibus, ministris, ac personis quibuscumque inviolabiliter observari faciant.

Non obstantibus quibusvis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, de jure quæsito non tollendo; aliisque Nostris et Cancellariæ Apostolicæ regulis; nec non Privilegiis, Indultis, Facultatibus, et Litteris Apostolicis speciali

(1). « Beneficia ecclesiastica majora, *dit Reiffenstuel*, sunt Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus et Episcopatus : quibus Vallensis, *h. t.*, § 2, n. 1; Garcias, Part. I, *de beneficiis*, cap. VI, n. 2; et alii etiam addunt Abbatiam. Cætera vero his inferiora censentur beneficia minora. » *Jus canonicum universum*, lib. III, titul. V, n. 20. Schmalzgrueber range les Abbayes au nombre des bénéfices moindres, *Jus ecclesiasticum universum*, lib. III, titul. V, n. 32. Mais Lotterius, qui jouit d'une grande autorité en matière de bénéfices, les compte parmi les bénéfices majeurs. *De re beneficiaria*, lib. I, quæst. XXVI, n. 20 et seq.

mentione dignis, et ex quacumque causa hic forsan de necessitate exprimenda, concessis approbatis et innovatis, usibus quoque, stylis, consuetudinibus etiam diuturnis, et inveteratis in contrarium præmissorum quomodolibet facientibus vel extantibus. Quibus omnibus et singulis illarum omnium et singularum tenores pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes ad præmissorum effectum specialiter et expresse præsentibus hujus Nostri Motus proprii Litteris derogamus, cæteris contrariis quibuscumque.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostræ Abolitionis, Suppressionis, Subrogationis, Confirmationis, Præcepti, Statuti, Mandati, et Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc tentare præsumpserit, indignationem Dei Omnipotentis, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die vigesima nona Decembris 1878.

LEO PP. XIII.

CAROLUS CARD. SACCONI Pro-Datarius.

II.

DISCOURS DE S. S. LÉON XIII AUX REPRÉSENTANTS DE LA PRESSE CATHOLIQUE.

Ingenti sane lætitia suavique animi jucunditate hodie perfundimur ex conspectu frequentiaque vestra, filii dilectissimi, qui egregii viri, domus Nostræ Antistitis, votis et desideriis obsequentes, ex omnibus terræ plagis huc convenistis, ut vestro et omnium catholicarum ephemeridum scriptorum nomine, fidem et amorem, quem animo fovetis, Nobis secundum Pontificatus annum auspicantibus palam obtestaremini. Plenum siquidem, quod modo solemniter verbis et factis professi estis, animorum obsequium et propensissima in Petri Cathedram voluntas, ardens relligionis studium, et generosa virtus, qua veritatis et justitiæ jura tuenda suscepistis, vos Nobis exhibent veluti lectissimam mi-

litum aciem, belli peritam, ad pugnandum instructam, et ad ducis imperium ac nutum paratam vel inter confertissimos hostes convolare, vitamque profundere.

Atque eo vel magis lætamur, quod hisce auxiliis et strenuis hujus generis defensoribus tempus egere sentimus. Parta enim effreni illa quidquid libuerit in vulgus edendi libertate, quam verius licentiam dixeris, homines novarum rerum studiosi infinitam prope ephemeridum multitudinem statim disseminandam curaverunt, quæ veri rectique principia impugnare aut in dubium adducere, Christi Ecclesiam calumniis impetere et in invidiam vocare, et perniciosissimas doctrinas mentibus persuadere solemne baberent.

Mature enim intellexerunt quantum utilitatis et commodi ad inita consilia perficienda capere possent ex quotidiana editione ephemeridum, quæ errorum veneno sensim et paullatim animos legentium inficerent, et pravorum appetituum fomentis sensuumque illecebris corda corrumperent. — Hæc autem omnia adeo feliciter juxta eorum vota cesserunt, ut a vero non admodum videatur abesse quisquis malorum colluviem et miserrimam, ad quam devenimus, rerum temporumque conditionem in ephemeridum vitium magna ex parte refundat.

Quapropter cum modo, ex more qui universaliter invaluit, edendarum ephemeridum sit veluti inducta necessitas, catholicis scriptoribus in id maxime adlaborandum est, ut in civilis societatis medelam et Ecclesiæ præsidium vertant, quod in utriusque perniciem ab hostibus usurpatur. Quamvis enim catholici scriptores iis artibus et lenociniis uti non possint, quibus adversarii frequenter utuntur, eos tamen facile possunt æquare scribendi varietate ac elegantia et diligenti recentiorum factorum narratione ; imo et vincere, utilium rerum notitia, maxime autem veritate, quam animus naturaliter appetit, et cujus tanta est vis, præstantia et pulchritudo, ut cum menti apparuerit, facile vel ab invito assensum extorqueat. — Ad optatum autem exitum plurimum conferet gravis et temperans dicendi ratio, quæ nimirum neque nimia aut intempestiva sermonis acerbitate legentium animos offendat, neque partium studio, aut privatorum commodis,

communi bono posthabito, deserviat. — Illud autem præ ceteris curandum vobis esse intelligimus, ut, sicut Apostolus monet, *idipsum dicatis omnes et non sint in vobis schismata ; sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia* [1], catholicæ Ecclesiæ doctrinis et placitis firmo animorum assensu adhærentes.

Hujus autem concordiæ necessitas vel ex eo major apparet quod inter ipsos viros, qui catholicis accensentur, non desunt modo qui publicas etiam gravissimi momenti controversias, ipsam Apostolicæ Sedis conditionem respicientes, proprio arbitrio dirimendas et definiendas assumunt, et aliter sentire videntur, quam Romani Pontificis dignitas et libertas patiatur. — Interest idcirco quam maxime, ne qua errandi relinquatur occasio, rursus in catholicorum mentem reducere, supremam Ecclesiæ potestatem, quæ Petro ejusque Successoribus divinitus collata est ut universam Christi familiam in fide contineret et ad æternam cælestis regni beatitudinem adduceret, ex divina ipsius Christi institutione, plenissimam sibi libertatem vindicare : ad hanc autem potestatem libere toto orbe exercendam providissimo Dei consilio factum esse ut, post periculosa primæ ætatis discrimina, civilis principatus Romanæ Ecclesiæ adjiceretur, eidemque longo sæculorum tractu, inter infinitas rerum vicissitudines regnorumque ruinas conservaretur. — Hac autem ratione, sane gravissima, non regni ambitu, ut sæpius ediximus, non dominandi cupiditate permoti, Romani Pontifices quoties civilem hunc principatum turbari et violari senserunt, Apostolici muneris esse putarunt sacra Romanæ Ecclesiæ jura sarta tecta servare et pro viribus tueri : Nosque ipsi, Prædecessorum Nostrorum exempla secuti, hæc eadem jura asserere et vindicare non prætermisimus, neque unquam prætermittemus.

Quapropter vos, filii dilectissimi, qui Petri Cathedræ maxime addicti ad Sedis Apostolicæ causam defendendam paratissimos vos exhibetis, unanimes et alacres, voce ac scriptis sacri imperii necessitatem ad liberum spiritualis potestatis exercitium propugnare ne desinatis ; atque historia duce ostendite, illud imperium

(1) I Cor. I, 10.

tam legitimo jure fuisse constitutum ac perdurasse, ut aliud in humanis rebus majus vel æquale nemo prætendat.

Si quis autem, ut vobis multorum invidiam conciliet, civilem Ecclesiæ Romanæ principatum cum Italorum fortuna et regnorum prosperitate componi non posse dictitaverit, contra objicite, nihil a Romanis Pontificibus, si imperio potiantur, nihil a Catholica Ecclesia, si libertate fruatur, populorum saluti et incolumitati esse timendum. Non enim Ecclesia seditiosas commovet turbas, sed continet potius et componit; non simultates aut odia fovet, sed caritate restinguit; non imperandi libidinem aut superbiam acuit, sed potius supremi judicii severitate et cælestis Regis temperat exemplo; non civilis societatis jura invadit, sed firmat; non regnorum dominium affectat, sed Apostolici magisterii munere sibi divinitus demandato religiose perfungens, ea principia integra servat, quibus omnis ordo nititur, et ex quibus pax, honestas et omnis civilis cultus efflorescit.

Ad Italos autem quod attinet, præteritorum temporum monumenta loquuntur Romanæ Ecclesiæ Pastores de alma hac Urbe et de Italorum rebus esse optime meritos; simulque testantur nobile præcipuumque decus, quo Roma fulget, a catholica relligione esse profectum : Roma namque *per sacram B. Petri Sedem caput orbis effecta*, ut S. Leo M. aiebat, *latius præsidet relligione divina, quam dominatione terrena*[1]. — Addite, quod omnes norunt, Romanos Pontifices litteris ac scientiis fovendis maximas curas semper impendisse; bonas artes in suam recepisse tutelam; æquo paternoque imperio subjectos sibi populos fortunasse. — Dicite tandem publicas Italiæ res neque prosperitate florere, neque diuturna tranquillitate posse consistere, nisi Romanæ Sedis dignitati et summi Pontificis libertati, prout omnia jura postulant, fuerit consultum.

Hæc atque his similia, quibus religiosæ et civilis societatis bono prospicitur, per vestras ephemerides in vulgus spargere et rationum momentis communire satagite : omnibus unus sit amor, una mens, Ecclesiæ causam defendere et Romani Pontificatus jura

(1) Serm. I. in Nat. SS. Petri et Pauli.

propugnare. — Pro justitia, pro relligione, pro Ecclesiæ libertate pugnantes multa profecto molestiarum ac laborum seges, aspera multa toleranda vos manent : cavete ne animum despondeatis, facere enim et pati fortia christianum est. Aderit rite certantibus Deus, copiosa cælestium munerum præsidia deferens.

Hæc autem ut uberiora in dies vobis obveniant, Apostolicam benedictionem, Nostræ in vos benevolentiæ testem, omnibus et singulis catholicarum ephemeridum scriptoribus, intimo cordis affectu impertimus.

Benedictio, etc.

DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

I.

LES CROIX DES CHEMINS DE CROIX DOIVENT NÉCESSAIREMENT ÊTRE EN BOIS.

AURANENSIS.

SUPER STATIONE VIÆ CRUCIS.

Die 15 *novembris* 1878.

Decretum. In Gallia mos invaluit quatuordecim tabellas una cum crucibus pro stationibus Viæ Crucis ex ferro sæpe in typos fuso condendi, quibus ferreis crucibus inversis totidem ligneæ applicantur, quæ tamen nullo videri possunt modo a coram adstantibus. Cum autem pluries ab hac Sacra Congregatione definitum fuerit, indulgentias pro pio Viæ Crucis exercitio concessas, crucibus tantum rite benedictis esse adnexas [1]; cumque in appen-

(1) Voici deux déclarations que nous lisons dans Prinzivalli, *Decreta authentica S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ*, n. 474 et 567 :

Idem Episcopus (Cameracensis) exponit, quod in sua diœcesi arbitrabatur, Indulgentias Stationum Viæ Crucis tabulis, et non crucibus adnexas fuisse. Ex hoc ortum est, quod in pluribus ecclesiis, ubi erectæ existunt Stationes Viæ Crucis, tabulæ tantum apparent; supplicat pro facultate adnectendi omnes indulgentias Viæ Crucis Stationibus jam erectis, quamvis tabulæ tantum appareant, et hoc ne scandalum oriatur in populum.

Sacra Congregatio, facta Sanctissimo relatione, respondit : Sanctissimus etc., attenta bona fide, convalidavit Stationes hucusque erectas sine crucibus, ac mandavit, ut idem Episcopus orator sive per se, sive per ejus Vicarium *Cruces ligneas* privatim benedicat, easque benedictas Stationibus sic jam erectis superponat meliori quo fieri potest modo, ne scandalum oriatur.

Datum etc. Die 20 junii 1838.

Supplicat insuper Orator (Archiepisc. Quebecensis), ut Sacra Congre-

dice ad Rituale Romanum typis S. Congregationis de Propaganda Fide editum anno 1864, pag. 404, et anno 1874, pag. 108, traditum reperiatur cruces prædictas esse debere ligneas. Hinc Episcopus Auranensis merito dubitans, num juxta præfatam consuetudinem, conditionibus satisfiat ad indulgentiarum acquisitionem necessariis, per suum Vicarium supplex adiit hanc S. Congregationem ab ea expostulans trium dubiorum resolutionem.

I. An illud : *ex ligno debent esse cruces*, quod legitur in appendice ad Rituale Romanum editum anno 1864 ex typis S. Congregationis de Propaganda Fide, pag. 404, obliget sub pœna nullitatis?

Et quatenus affirmative :

II. An huic præcepto sufficienter satisfacit supradicta appositio totidem crucium lignearum etsi coram adstantibus invisibilium ad partem adversam crucium ferrearum ?

III. An consulendum sit Sanctissimo pro sanatione crucis viarum hujusmodi jam erectarum ?

In Congregatione generali habita in Palatio Apostolico Vaticano die 15 novembris 1878, Emi Patres rescripserunt :

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative [1].

gatio dignetur declarare utrum Cruces et Imagines pro pio exercitio Viæ Crucis benedictæ amoveri possint e loco, ubi primum collocatæ fuerint, pro earum meliori dispositione, vel separatione, vel pro ecclesiæ vel cappellæ decoratione, quin cessent Indulgentiæ pro iisdem concessæ ; et utrum si quando eædem Cruces vel Imagines destructæ vel vitiatæ fuerint, aliæ substitui possint de concessione Episcopi singulatim benedictæ absque cessatione Indulgentiarum?

Sacra Congregatio respondit : Affirmative quoad primam partem. Quoad secundam vero, possunt substitui aliæ cruces (quæ *ex ligno tantum esse debent*, et in quibus tantum cadit benedictio, minime vero in tabulis pictis seu Imaginibus) absque indulgentiarum cessatione, quatenus destructæ, seu vitiatæ sint minor pars ; secus vero necessario requiritur nova erectio et benedictio. Ita declaravit Sacra Congregatio die 14 junii 1845.

(1) Nous lisons dans le P. Maurel, *Le chrétien éclairé sur la nature et l'usage des indulgences*, pag. 202 : « Les croix doivent être *en bois ;*

Ad III. Attenta bona fide consulendum SSmo pro convalidatione Stationum sic erectarum, et pro facultatibus necessariis et opportunis concedendis eidem Episcopo Oratori, qui sive per se, sive per alium sacerdotem sibi benevisum, cruces ligneas privatim benedicat, easque benedictas, meliori quo fieri potest modo, ne scandalum oriatur, ita stationibus superponat, ut ab omnibus conspici possint.

Factaque de his omnibus per me infrascriptum dictæ Congregationis Secretarium SSmo D. N. Leoni Papæ XIII in audientia diei 23 novembris 1878 relatione, Sanctitas Sua S. Congregationis resolutionem benigne approbavit.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die et anno ut supra.

AL. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO, Præf.
A. Panici, *Secretarius*.

Les croix du Chemin de la Croix doivent donc être de bois. Il n'en est pas de même des crucifix [1] que l'on bénit pour l'usage des malades et des infirmes: il suffit qu'ils soient d'une matière solide.

On lit dans quelques auteurs [2] qu'ils doivent être de cuivre ou de laiton ; mais la Sacrée Congrégation des Indulgences

cette condition est *essentielle*, suivant plusieurs décrets. ... Rien n'empêche cependant de dorer ces croix de bois et de les entourer d'ornements en métal. » Pourvu, bien entendu, que ces ornements ne recouvrent pas complètement la croix de manière à la dérober à la vue des fidèles; car on rentrerait alors dans le cas auquel s'applique cette réponse de la S. Congrégation.

(1) Les croix qui distinguent les Stations doivent être sans Christ. Il n'en est pas de même de celles qui servent aux personnes malades ou légitimement empêchées. Ce n'est pas à une simple croix que le Souverain Pontife permet d'attacher des indulgences, mais à un crucifix : la croix doit donc porter l'image du Sauveur crucifié.

(2) V. Bouvier, *Traité dogmatique et pratique des indulgences*, pag. 123 ; Daris, *Tractatus de indulgentiis*, n. 136, pag. 183.

a déclaré que par là elle entendait seulement exclure toute matière fragile. Voici son décret, tel que le rapporte Prinzivalli, *ibid.*, n. 682.

URBIS ET ORBIS.

Ut universi utriusque sexus Christifideles Passionis Domini Nostri Jesu Christi facilius memoriam agant, eodemque tempore omnes et singulas Indulgentias pio ac salubri Viæ Crucis exercitio adnexas lucrari possint et valeant, delatæ fuerunt preces Summo Pontifici Clementi XIV tenoris, ut infra : « Gl' infermi, i naviganti, carcerati, e quelli dimoranti nelle parti degli infideli, o legittimamente impossibilitati di poter visitare la S. Via Crucis, prostrati ai suoi Santissimi Piedi supplicano la Santità Vostra della consolazione di poter guadagnare le Indulgenze delle dette Stazioni ritrovandosi negli stati di suddette tribolazioni, col recitare 14 *Pater* et *Ave*, ed in fine 5 altri *Pater* et *Ave* in memoria della divina Passione col tenere in mano un Crocifissetto di ottone, benedetto però da qualche Guardiano, o Superiore maggiore soggetto al Padre Reverendissimo Generale di tutto l'Ordine in Aracœli. Che della grazia, etc. » Quas quidem preces idem Summus Pontifex clementissime excepit, ac in audientia diei 26 januarii 1773, *benigne annuit pro gratia juxta petita. Contrariis non obstantibus.*

Jam vero circa hanc concessionem duo exorta sunt dubia :

Primum scilicet, an quatuordecim tantum *Pater* et *Ave*, et iterum quinque *Pater* et *Ave*, ut supra expositum est, recitanda sint, vel juxta formam rescriptorum Sacræ hujus Congregationis corde saltem contrito ac devote *viginti Pater*, *Ave* et *Gloria*, unum nempe pro qualibet statione, quinque in Sanctorum Domini Nostri Jesu Christi Vulnerum memoriam, ac unum juxta mentem Sanctitatis Suæ recitari debeant ?

Alterum vero, an per verbum *Ottone* exclusa reputanda sit quæcumque alia materia, ex qua Crucifixi conficiantur ?

Facta itaque de præfatis dubiis Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX per me infrascriptum Sacræ Congregationis Indulgentiarum Secretarium relatione, in audientia diei 8 augusti 1859,

Sanctitas Sua benigne respondit, quoad primum, *servandam esse ejusdem Sacræ Congregationis consuetudinem;* et quoad secundum, declaravit, *per verbum* Ottone *intelligendam esse exclusam materiam fragilem dumtaxat.*

Hæc autem omnia Sacra Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita typis edi jussit, ut utriusque sexus Christifideles, qui a visitandis S. Viæ Crucis stationibus legitime impediti, istiusmodi Crucifixis, facultate a Summis Pontificibus tributa, benedictis utentur, noverint præsens Decretum ab omnibus esse servandum, non obstantibus in contrarium quibuscumque.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 16 septembris 1859.

F. CARD. ASQUINIUS, Præf.

A. COLOMBO, *Secretar.*

Nous n'abandonnerons pas ce point sans faire connaître à nos lecteurs la faveur que le Souverain Pontife a autorisé le Rme Père Général de l'Observance à accorder aux malades incapables de faire le Chemin de la Croix, ou de réciter les vingt *Pater, Ave* et *Gloria.* Par un Bref du 18 décembre 1877, il lui donna le pouvoir de commuer ces prières en leur faveur et de les remplacer par de plus courtes [1]. Or, le Rme

(1) Voici le texte du Bref :

PIUS PAPA IX.

Dilecto Filio Fr. Bernardino a Portu Romatino, Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia.

DILECTE FILI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Exponendum nuper curavisti Nobis, persæpe fieri, ut Christifideles, qui pium Viæ Crucis seu Calvariæ exercitium frequentare solent, cum aut infirma valetudine, aut gravi aliqua occupatione impediuntur, quo minus præscripta pietatis opera, id est Sacrarum Stationum visitationem, aut vicies repetitam Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, et laudis *Gloria Patri, etc.*, recitationem, ad consequendas indulgentias pio hujusmodi exercitio adnexas præstare possint, enixe te rogent, ut easdem in breviores aliquas preces commutare velis. Cujus tibi commutationis

Père Général a permis à ces personnes de remplacer les vingt *Pater*, *Ave* et *Gloria* par un acte de contrition, ou par le verset : *Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti.* Nous vous en supplions, Seigneur, secourez vos serviteurs, que vous avez rachetés par votre sang précieux.

Notons que cette faveur peut être gagnée avec tous les crucifix indulgenciés jusqu'à présent pour le Chemin de la Croix, ou qui le seront par la suite, sans qu'un nouveau pouvoir soit nécessaire.

II.

L'ÉVÊQUE PEUT DELÉGUER AUTANT DE PRÊTRES QU'IL JUGE NÉCESSAIRES, POUR DONNER LA BÉNEDICTION PAPALE A L'ARTICLE DE LA MORT. CETTE DÉLÉGATION NE DOIT PAS NÉCESSAIREMENT ÊTRE SPÉCIALE, NI ÉCRITE ; NI LA FACULTÉ DE SUBDÉLÉGUER LIMITÉE A UN CERTAIN NOMBRE DE CAS.

TARANTASIEN.

SUPER FACULTATE IMPERTIENDI BENEDICTIONEM CUM INDULGENTIA PLENARIA IN ARTICULO MORTIS.

Die 15 *novembris* 1878.

Decretum. Episcopus Tarantasien. mature perpensis S. hujus Indulgentiarum Congregationis de benedictione *in articulo mortis*,

faciendæ cum desit facultas, ne Christifideles spirituali illarum indulgentiarum bono tam sæpe priventur, supplices Nobis preces exhibuisti, ut in præmissis opportune providere de Apostolica benignitate dignaremur. Itaque Nos hisce tuis precibus, quibus æternæ animarum saluti prospicitur, quantum in Domino possumus, obsecundare volentes, tibi, dilecte Fili, ut, donec Ministri Generalis tui Ordinis munus exerceas, Christifidelibus utriusque sexus, qui gravi morbo ita afficiuntur, ut præfata pietatis opera ad consequendas indulgentias Viæ Crucis nuncupatas præstare nequeant, hæc eadem opera in brevem aliquam precationem

et præsertim perpensa decisione 20 septembris 1775 [1]; considerata ex alia parte quadam consuetudine, quæ in ea diœcesi invaluit circa subdelegationem benedictionis, supplex Sacram hanc adiit Congregationem, quatuor dirimenda proponens dubia :

I. Utrum valida sit subdelegatio benedictionis in articulo mortis impertiendæ facta modo generali, v. g. in cœtibus ecclesiasticis, omnibus scilicet præsbyteris præsentibus, vel etiam aliis, qui curam animarum habent, licet cœtibus non adessent?

ante imaginem Sanctissimi D. N. Crucifixi ad id benedictam recitandam tuo arbitrio et prudentia commutare libere ac licite possis et valeas, Auctoritate Nostra Apostolica tenore præsentium concedimus et impertimus.

In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die XVIII decembris MDCCCLXXVII, Pontificatus Nostri anno XXXII.

Pro Dno CARD. ASQUINIO,
D. JACOBINI, *Substit.*

(1) Voici cette décision telle qu'on la lit dans Prinzivalli, *ibid.*, n. 357.

VINDANA IN BRITANNIA MINORI.

DUB. VIII. Episcopus ad supradictam benedictionem (in articulo mortis) impertiendam delegatus cum facultate subdelegandi : 1° Debetne per paucos subdelegare sacerdotes, ut majus sit benedictionis istius et indulgentiæ huic adnexæ desiderium, simul et major utrique concilietur reverentia?

2° Potestne omnes suæ diœcesis subdelegare confessarios, ne etiam una, si fieri possit, ex suis ovibus tanta privetur gratia?

3° Potestne subdelegare omnes directe et speciatim parochos, sive plurimos sacerdotes in dignitate constitutos, et directe et confase omnes confessarios hisce verbis : *Dilecto Nobis in Christo etc. te delegamus, eligimus et deputamus, quatenus valeas, etc. Insuper quemcumque confessarium a te ad tui libitum semel vel pluries, et quandocumque opus fuerit, eligendum pariter eligimus et deputamus ad eamdem gratiam conferendam?* Hic subdelegandi modus estne validus?

Sacra Congregatio, audito quoque Sanctissimo Domino Nostro, respondit :

AD VIII. Affirmative ad primam partem. Negative ad secundam. Affirmative ad tertiam partem quoad parochos speciatim ruri degentes.

Ita Sacra Congregatio diei 20 septembris 1775.

J. C. DE SOMALIA, *Secret.*

II. Utrum Episcopus subdelegare possit non solum omnes parochos, sed etiam vicarios, qui sæpissime loco parochorum moribundos in extremo agone laborantes adjuvant, eisque Ecclesiæ sacramenta ministrant?

III. Utrum responsio S. Congregationis diei 20 Septembris 1775 ad tertiam partem intelligenda sit de subdelegatione facta singulis speciatim et in scriptis?

IV. Utrum facultas subdelegandi ad actum quemqumque confessarium et a primo subdelegato eligendum, ut fertur in laudata decisione, *loc. cit.*, sit numerice exprimenda in ipsa concessione, seu in prima subdelegatione?

In Congregatione generali habita in Palatio Apostolico Vaticano die 15 Novembris 1878, Emi Patres rescripserunt :

Ad I et II. Juxta Constitutionem Benedictinam *Pia Mater*, Episcopus subdelegare potest ad Benedictionem Papalem, cum indulgentiæ plenariæ applicatione in articulo mortis, suis diœcesanis impertiendam, unum vel plures sacerdotes sæculares aut regulares, quotquot pro numero animarum necessarios esse prudenter judicaverit.

Ad III. Negative; consultius tamen esse si subdelegatio fiat singulis speciatim et in scriptis[1].

Ad IV. Negative.

Factaque de his omnibus per me infrascriptum dictæ Congregationis Secretarium SSmo D. N. Leoni Papæ XIII in audientia diei 23 Novembris 1878 relatione, Sanctitas Sua S. Congregationis resolutionem approbavit.

(1) On lit dans Mgr Bouvier, *Op. cit.*, pag. 110 : « Cette subdélégation doit être positive, expresse et donnée même par écrit, avec mention de l'indult en vertu duquel elle est accordée. Si cette précaution n'est pas rigoureusement nécessaire jusqu'à cette exactitude, ce que nous n'oserions strictement affirmer, elle est au moins infiniment plus sûre : or, c'en est assez pour qu'on doive la prendre. » La présente décision, tout en recommandant de la donner par écrit, fait disparaître le doute qui aurait pu exister sur la nécessité de cette formalité.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Congregationis die et anno ut supra.

AL. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO, Præfectus.

A. Panici, *Secretarius*.

III.

DANS LES CONCESSIONS D'INDULTS DE L'INDULGENCE DE LA PORTIONCULE, ON INSÉRERA DORÉNAVANT, EN FAVEUR MÊME DES AUTRES ÉGLISES, LA CLAUSE DE LA DISTANCE QU'ON A COUTUME D'INSÉRER EN FAVEUR DES ÉGLISES FRANCISCAINES.

DE INDULGENTIA PORTIUNCULÆ QUOAD DISTANTIAM.

Die 15 *Novembris* 1878.

Decretum. In oppido cui nomen Martinengo diœcesis Bergomensis, ecclesia adest ad Patres Franciscales Reformatos olim pertinens, qui expulsi inde fuerunt anno 1810. Sed post etiam eorumdem expulsionem, fidelium concursus ad illam ecclesiam die 2 Augusti, Portiunculæ indulgentiam lucrandi causa, perrexit ad annum usque 1860, quo a militibus occupata, fuit cultui adempta. Post hæc Præpositus ecclesiæ parochialis oppidi illius Breve obtinuit, in quo cum assueta clausula : *dummodo nulla extet eo loci, vel unius saltem milliarii spatio distet Franciscalis Ordinis ecclesia,* concessum fuit ad septennium, ut in ea ecclesia posset lucrifieri Portiunculæ indulgentia.

Præfata interim jam Ordinis Franciscalis ecclesia cultui restituta, concessa fuit Instituto *Sacræ Familiæ* Bergomi erecto, pro pauperum villicorum filiis christiane educandis. Cumque anno 1870 ad preces Episcopi Tiberiadis, coadjutoris Episcopi Bergomensis, Portiunculæ privilegium ad septennium, et cum superius relata clausula per separata Brevia elargitum fuerit singulis ecclesiis prælaudati Instituti, fideles ad ecclesiam etiam prædictam, pro assequenda Portiunculæ indulgentia, accedere rursum incœperunt.

Septennio ad finem pervento, renovata fuit concessio ad aliud

septennium, et cum eadem clausula utriusque ecclesiæ favore, pro ecclesia nempe parochiali cum Brevi 8 Maii 1870, ac pro illa Instituti cum Brevi 22 Junii ejusdem anni. At cum duæ hæ ecclesiæ minus quam unius milliarii spatio distent inter se, prælaudatus Episcopus metuens ne illa Instituti, utpote ad Franciscales Patres olim pertinens, impedimento sit, quominus parochialis ecclesia prædicta concessione uti queat, dubium istud Emo a Secretis Brevium proposuit, qui post datum huic peculiari casui responsum, quæstionem ad hanc S. Congregationem deferre censuit. Proposita igitur fuit sub sequenti generali formula : *An si nulla extet ecclesia actu ad Patres Franciscales pertinens, plures ecclesiæ in eadem civitate, imo in eadem paræcia, milliarii spatio minime inter se distantes, frui possint privilegio, vulgo* DELLA PORZIUNCULA ?

In S. Congregatione generali habita in Palatio Apostolico Vaticano diei 15 Novembris 1878, Emi Patres rescripserunt :

Affirmative : attenta tamen speciali prærogativa indulgentiæ Portiunculæ, expedire ut in novis concessionibus clausula quoad distantiam, quæ apponi solet favore ecclesiarum Ordinis S. Francisci, extendatur ad alias omnes ecclesias hoc privilegio ditatas.

Factaque de his omnibus per me infrascriptum dictæ Congregationis Secretarium SSmo D. N. Leoni Papæ XIII in audientia diei 23 Novembris 1878 relatione, Sanctitas Sua S. Congregationis resolutionem approbavit.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die et anno ut supra.

AL. CARD. OREGLIA A S. STEPHANO, Præfectus.

A. PANICI, *Secretarius.*

DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DE L'INQUISITION.

Humillime rogat Præpositus generalis Societatis Jesu S. Supremam Congregationem S. Officii, ut declarare dignetur utrum tolerari possit explicatio Transsubstantiationis in SS. Eucharistiæ Sacramento, quæ sequentibus propositionibus comprehenditur :

I. Sicut formalis ratio hypostaseos est *per se esse* seu per se subsistere, ita formalis ratio *substantiæ* est *in se esse* et actualiter non sustentari in alio tanquam primo subjecto; probe enim ista duo discernenda sunt : *esse per se* (quæ est formalis ratio hypostaseos) et *esse in se* (quæ est formalis ratio substantiæ).

II. Quare sicut natura humana in Christo non est hypostasis, quia non *per se* subsistit, sed est assumpta ab hypostasi superiori divina, ita *substantia* finita, ex. gr. substantia panis, desinit esse *substantia*, eo solum et absque alia sui mutatione, quod in alio supernaturaliter sustentatur, ita ut jam non *in se* sit, sed in alio ut in primo subjecto.

III. Hinc transsubstantiatio, seu conversio totius *substantiæ* panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, explicari potest hac ratione, quod corpus Christi, dum fit substantialiter præsens in Eucharistia, sustentat *naturam panis*, quæ hoc ipso et absque alia sui mutatione desinit esse *substantia*, quia jam non est *in se*, sed in alio sustentante; adeoque manet quidem *natura panis*, sed in ea cessat formalis ratio *substantiæ;* et ideo non duæ sunt substantiæ, sed una sola, nempe corporis Christi.

IV. Igitur in Eucharistia manent materia et forma elementorum panis; verum jam in alio supernaturaliter existentes rationem substantiæ non habent, sed habent rationem *supernaturalis accidentis*, non quasi ad modum naturalium accidentium afficerent corpus Christi, sed eo duntaxat quod a corpore Christi modo, quod dictum est, sustentantur.

Romæ, 20 maii 1875.

Feria IV, die 7 *julii* 1875.

In Congregatione generali S. Romanæ et Universalis Inquisitionis habita coram Eminentissimis ac Reverendissimis DD. S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Inquisitoribus generalibus, lectis ac ponderatis suprascriptis propositionibus, iidem Eminentissimi Domini dixerunt : *Doctrinam transsubstantiationis, prout hic exponitur, tolerari non posse.*

Pro Dno J. PELAMI, S. Rom. et Univ. Inquisit. Notario,
JACOBUS VAGAGGINI, *Substitutus.*

DÉCLARATIONS DE LA S. PÉNITENCERIE TOUCHANT LE JUBILÉ ACTUEL.

I.

Occasione Jubilæi nuper indicti, nonnulla dubia a quibusdam locorum Ordinariis ad Apostolicam Sedem delata sunt. Quibus dubiis ut satisfiat, Sacra Pœnitentiaria de mandato et ex authoritate Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papæ XIII, hæc quæ sequuntur, declarat :

I. Jejunium pro hoc Jubilæo consequendo præscriptum adimpleri posse etiam tempore quadragesimæ, dummodo fiat extra dies in litteris Apostolicis exceptos[1], et adhibeantur cibi tantum esuriales, vetito usu, quoad qualitatem ciborum, cujuscumque indulti seu privilegii, etiam Bullæ Cruciatæ[2].

II. Christifidelibus cum Capitulis, Congregationibus, Confraternitatibus, nec non cum proprio Parocho aut sacerdote ab eo deputato ecclesias pro lucrando Jubilæo processionaliter visitantibus[3], applicari posse ab Ordinariis Indultum in Litteris Aposto-

(1) Les jours exceptés de l'Indult du Jubilé sont ceux qui ne sont pas compris dans l'Indult du carême, c'est-à-dire ceux pour lesquels l'indult du carême n'autorise aucune dérogation à la loi du jeûne. Sont donc seuls exceptés les jours de jeûne strict, comme nous l'avons expliqué ci-dessus, pag. 93, note 1, n. 2 et 3.

(2) Par là se trouve confirmée l'explication que nous avons donnée du jeûne requis pour le Jubilé. V. ci-dessus, pag. 92, note 2, n. 2.

(3) Nous avons expliqué, dans notre tome VII, pag. 468, n. 17, ce qu'il faut entendre par visite processionnelle. Il faut une véritable procession ; ce n'est que là où elles ne peuvent se faire *more solito,* que la S. Pénitencerie permet de les faire en habit ordinaire et sans les cérémonies accoutumées.

licis iisdem Capitulis, Congregationibus, etc., concessum [1].

III. Una eademque confessione et communione non posse satisfieri præcepto paschali et simul acquiri Jubilæum [2].

IV. Jubilæum quoad plenariam Indulgentiam, bis aut pluries lucrifieri posse, injuncta opera bis aut pluries iterando [3]; semel vero, id est prima tantum vice quoad favores eidem Jubilæo adjunctos, nempe absolutiones a censuris et casibus reservatis, commutationes aut dispensationes [4].

V. In hoc etiam Jubilæo locum habere, sine ulla exceptione, resolutiones dubiorum ab ipsa S. Pœnitentiaria pro Ordinariis Italiæ editas sub die 1 junii 1869 [5].

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ in Sacra Pœnitentiaria die 26 februarii 1879.

Loc. † Sig. A. Card. BILIO, *Pœnitentiarius Major.*

Hip. Canonicus PALOMBI, *S. Pœnitent. Secretarius.*

II.

Beatissime Pater,

3° Ex ista maxime Augustini dubitatione nova sententia inter Latinos vigere cœpit docens quæstionem de animæ origine insolubilem esse, nec a nobis decidi posse. Ita S. Gregorius Magnus ad consultationem aliquam respondens pronunciavit : « De origine, *ait*, animæ inter sanctos Patres requisitio non parva versata est ; sed utrum ab Adam descenderit, an certe singulis detur, incertum remansit, eamque in hac vita insolubilem fassi sunt esse quæstionem. Gravis enim est quæstio nec valet ab homine comprehendi [2]. » Unde sententiam hanc inter articulos fidei S. Isidorus Hispalensis inseruit.

4° Ultimo sententiam recenseamus quæ universim apud Orientales obtinuit, necnon inter Occidentales Hilarium, Ambrosium, Leonem Pontificem, aliosque patronos habuit, nempe : « animas hominum priusquam suis inspirarentur corporibus non fuisse, nec ab ullo incorporari nisi ab opifice Deo, qui ipsarum est creator. » Hanc sententiam, juxta S. Leonem, prædicat *catholica fides*. Unde Conc. Lateran. V statuit quod « anima pro corporum quibus infunditur multitudine, singulariter multiplicabilis et multiplicata et *multiplicanda sit.* »

DUBIUM II.

Quo tempore fiat animatio.

Quid Ecclesiæ Patres atque scriptores veteres circa dubium

(1) *De Anima,* cap. XXVII.
(2) Ep. 53, *ad Secundinum.*

hoc alterum senserint, et qua ratione sententiam suam comprobare conati fuerint, ab iis ipsis accipias, quos argumentum istud uberius tractasse tum apud Orientales tum apud Occidentales invenimus. Itaque

I.

Patres Orientales.

Basilius ad Amphilochium scribens hunc de abortu canonem statuit : « Quæ de industria fœtum corrupit cædis pœnas luat. Formati autem vel informis subtilitas a nobis non attenditur. » In quem canonem ita Balsamonis Antiocheni Patriarchæ commentarium habet : « Hoc autem dictum est propter eos qui dicunt quod, quoniam semen in matricem dejectum non statim formatur in hominem, sed prius quidem fit sanguis : deinde in carnem humanam concrescit ; deinde effingitur et formatur in membra et partes, non fit cædes, quando abortio facta fuerit fœtus qui nondum est formatus [1]. »

Gregorius Nissenus, Basilii frater, sententias singulas de animæ origine recensens ait [2] : « Hi quidem volunt intra exiguum conceptionis corporis momentum produci animam ; illi vero quadragesimo post conceptionem die [3], deque ea re tanquam aliquam legis [4] sanctionem, ut putant, ferunt. »

Sententiam autem propriam egregie ita declarat : « Cum unus et idem homo sit qui corpore et animo constat, unum esse communeque tribuendum ei dicimus existendi principium, ne parte hac, seipso prior altera junior sit et posterior... Nimirum ut in tritici grano vel quovis alio semine totam spicæ vel frugum maturarum speciem potestate, sicuti loquimur, comprehensam dicimus et herbam et culmum et inter-

(1) Συνοδικόν sive *Pandectæ Canonum*, etc...

(2) Appendix. *Quid sit ad imaginem Dei ;* Op. t. I.

(3) Hac die fœtum esse formatum communiter tunc medici docebant.

(4) Quæ sit hujusmodi lex infra audies.

nodia et fructum et aristas : cum nihil horum altero in natura prius reipsa existat, vel oriatur citius, sed naturali ordine tandem insita semini facultas ipsa appareat, nulla in semen alia se natura extrinsecus vel insinuante : sic etiam existimamus humano in semine, cum homo primum incipit oriri, facultatem naturalem contineri simul cum ipso excretam.

« Hanc porro naturali quadam progressionis serie ad perfectionem sui contendentem, paulatim se explicare ac patefacere, non quod extrinsecus aliquid recipiat, cujus ope sui perfectionem adipiscatur ; sed propria vi ad eam paulatim proficiendo pervenit. Animus adeo quemadmodum ante corpus non existit, sic hominis initio sine animo corpus esse dici vere nequit... Nam ut in eo quod materna in alvo ad conceptionem corporis deponitur, antequam formetur, perspici articulata membrorum cohærentium distinctio nequit, sic neque vis animi propria deprehendi in eodem potest antequam ad affectiones suas illa progrediatur. Et quemadmodum nemini dubium est, idem illud in diversos artus diversaque viscera conformari, nulla externa facultate, ut hoc perficiat ingrediente : sed facultate ipsi a natura insita opera et affectione sua in hoc incumbente : eadem ratione de animo nobis cogitandum est, etiamsi per quasdam affectiones in parte hominis externa et apparente indicia de se nulla præbeat, nihilominus præsentem esse... Ac quemadmodum eam ipsius partem, de qua corpus constituitur [1], non carnem esse dicimus, non ossa, non comas, non aliud quidquam eorum quæ in homine existunt, sed statuimus illam potestate quodlibet horum esse, tametsi necdum quidquam conspicitate possit ; sic animæ partem quod attinet, quanquam in ea necdum facultas ratiocinatrix, quæ est τὸ λογικόν, neque appe-

(1) Hoc est, ut hodie scimus, ovulum fœcundatum.

tens quam τὸ ἐπιθυμητικόν vocant, neque τὸ θυμικόν quod animi affectiones continet, appareat : *tamen ea inesse huic dicimus* et consimili ratione, quatenus corpus formatur ac perficitur, etiam affectiones animi una cum corpore crescere [1]. »

Unde Meletius monachus : « quæ gentiles, *ait*, de anima philosophati sunt (majores quamplurimi), inania demonstrarunt... Quod autem anima *uno contextu cum corpore ordiatur* quodque ab ipsa corpus seu instrumentum moveatur, necnon ipsa sit quæ ei vitam tribuat, quodque ea substantia ratione prædita intellectualis ac immortalis sit, *nulli non mentis compotes noverunt* [2]. »

Attamen sententiam oppositam Theodoretus tenet, atque ex Scripturis etiam adstruere conatur : « Pronum est, *ait*, invenire de hominis natura et Moysen legislatorem et prophetam David et fortissimum Jobum... Omnes enim concordi oratione docent ex terra et aqua ceterisque elementis humanum corpus effictum esse, animam vero nequaquam ita in corpus demissam ut antea existeret, sed corpore jam formato creatam esse. « Formavit enim, inquit, Deus hominem et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, factusque est homo anima vivens... » Hæc itaque Moyses in mundi genitura conscripsit : quibus similia quoque in legibus docet. Ubi enim de prægnante muliere mentionem facit, quæ plagis affecta pariat abortivum [3], formari prius in alvo matris infantem ait, deinde animari : non ita ut anima extrinsecus aliunde corpori inseratur, neque ut nascatur e semine, sed divino instituto, sicut ab initio insita naturæ lex fuit, creationem accipiat. Hoc et fortissimum Job confitetur : « Memento te, cum lutum

(1) *De hominis opificio*, cap. XXIX.
(2) *De natura hominis.*
(3) *Exod.* XXI, 22, 23.

essem, finxisse me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carne induisti me... vitam et misericordiam posuisti apud me. » His verbis ostendit nuptiale commercium et gignendorum liberorum subsidia, exiguamque illam humani seminis portionem in quamplurimas species membrorum transformari : ac tunc denique creari animam corporique adjungi [1]. »

II.

Patres Occidentales.

Si jam ad Occidentem transeamus, primus Tertullianus occurrit, qui de re nostra ita sermocinatus est : « Quomodo animal conceptum? Simulne conflata utriusque substantia corporis animæque, an altera eorum præcedente? imo simul ambas et concipi, et confici et perfici dicimus... Recogita enim de novissimis prima; si mors non aliud determinatur quam disjunctio corporis animæque; contrarium morti vita non aliud definietur quam conjunctio corporis animæque... Porro vitam a conceptu vindicamus. *Exinde enim vita quo anima :* pariter ergo in vitam compinguntur quæ pariter in mortem separantur [2]. »

In his nihil est quod non apud Orientales, ut ex superius dictis apparet, communiter docebatur. Ast Tertullianus, traducianorum pater, ulterius animam dicebat « in utero *seminari* pariter cum carne et pariter cum ipsa sortiri sexum [3]. » Reprobanda hujusmodi doctrina erat, non secus

(1) *Oper.*, t. IV, pag. 835.

(2) *De anima*, cap. XXVII.

(3) *L. c.* cap. XXXVI. Mirandum utique est quod auctor aliquis (Pauwels, *de casibus reservatis*, c. I, q. VI) Africani nostri verbis quibusdam cap. XXXVII deceptus, illum invocaverit pro sententia quæ docet animam creando infundi, non dum concipitur fœtus, sed dum formatus est.

ac Origenistarum de præexistentia animarum placita. Quo autem efficacius duplicem errorem istum profligarent Patres et Scriptores occidentales, « ex vulgari (medicorum) et ad intentionem magis accommodata sententia [1] » de animationis tempore sunt locuti, ponentes nempe animam ante formationem fœtus nondum esse. Aliquorum testimonia transcribere hic iterum juvat.

Gennadius igitur Massiliensis ita nos docet : « Animas hominum non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit ; neque cum corporibus per coïtum seminatas, sicut Luciferani Cyrillus et aliqui Latinorum præsumptores affirmant, sed dicimus creationem animæ solum Creatorem omnium nosse et corpus tantum per conjugii copulam seminari, Dei vero judicio coagulari in vulva et compingi atque formari, ac formato jam corpore animam creari et infundi, ut vivat in utero homo ex anima constans et corpore, et egrediatur vivus ex utero plenus humana substantia [2]. »

Eodem fere tempore pseudo-Augustinus [3] aliquis : « Humanum, *ait*, corpus nec vivere nec nasci potest sine anima rationali : vegetatur tamen et movetur et crescit et humanam formam in utero recipit, priusquam animam rationalem recipiat [4]. »

Alius pseudo-Augustinus scripsit : « Moyses tradidit : *Si quis percusserit mulierem in utero habentem et abortiverit, si formatum fuerit, det animam pro anima : si autem infor-*

(1) Florentinius, *De hominibus dubiis baptizandis.*

(2) *De Ecclesiast. dogmatibus*, cap. XIV.

(3) Augustinum ipsum perinde ac Hieronynum ancipites in hac quæstione mansisse diximus. Prior tamen, quæst. 80 *in Exodum*, informe puerperium *informiter animatum* dicit, seu vitam habens in actu primo, licet nondum in actu secundo. Cf. Florentinium, l. c. disp. I, sect. V.

(4) *Lib. de Spiritu et anima*, cap. IX, inter opera *S.* August. T. 6.

matum fuerit, mulctetur pecunia, ut probaret non esse animam ante formam... Contemplemur facturam Adæ. In Adam enim exemplum datum est ut ex eo intelligatur, quia jam formatum corpus accipit animam. Nam potuerat animam limo terræ admiscere et sic formare corpus. Sed ratione infirmabatur : quia primum oportebat domum compaginari et sic habitatorem induci. Anima certe, quia spiritus est, in sicco habitare non potest, ideo in sanguine fertur inhabitare. Cum ergo corporis lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima [1] ? »

Cassiodorus demum sententiam eamdem ita refert : « Legimus (Gen. II, 7) in conditione rerum mox ut de limo terræ corpus effectum est, statim Dominum insufflasse, factumque esse Adam in animam viventem... Hoc nonnulli secuti, dixerunt mox ut semen humanum coagulatum fuerit in vitalem substantiam, illico creatas animas corporibus dari discretas atque perfectas. Medendi autem artifices quadragesimo die humanum atque mortale pecus animam dicunt accipere, cum se in utero matris cœperit commovere [2]. » Auctor ipse : « Melius est, *ait*, in tam occultis causis confiteri ignorantiam, quam periculosam assumere fortassis audaciam. »

ARTICULUS II.

DE VETERIS SCHOLÆ SENTENTIIS.

Ex iis quæ hucusque a Patribus dicta accepimus, conjicere jam est, quænam summatim fuerit de fœtus animatione Scholæ veteris doctrina. Animam singulariter creari atque

(1) *Quæst. ex Vet. Testam.*, c. 23, inter opera S. Aug. Tom. 3. Verba ex hoc loco transcripta, Gratianus sub nomine S. Augustini inter Canones Decreti inserunt nempe : C. XXXII, q. 2, c. 9.

(2) *De Anima*, cap. VII.

corpori minime præextitisse extra dubium positum erat. Rursus de animationis tempore B. Anselmus scribere tunc non dubitabat : « Quod mox ab ipsa conceptione infans rationalem animam habeat, nullus humanus suscipit sensus. » Sequeretur enim, aiebat, « ut quoties susceptum semen humanum etiam ab ipso momento susceptionis perit, antequam perveniat ad humanam figuram, toties damnetur in illo anima humana, quoniam non reconciliatur per Christnm : quod est nimis absurdum [1]. »

Quapropter Lombardus scholasticorum Pater, Gennadii et Cassiodori vestigiis insistens, ita definivit : « Dicimus creationem animæ solum Creatorem nosse ejusque judicio corpus coagulari in vulva et compingi atque formari : ac formato jam corpore animam creari atque infundi, ut vivat in utero homo anima constans et corpore et egrediatur vivus ex utero plenus humana substantia [2]. »

In his autem affirmandis diligens schola sistere minime debuit. Semel enim admisso, quod nonnisi formato corpori anima creando infundatur, de hujusmodi formationis natura et principio inquirere sponte occurrebat. Et sane Hugo Victorinus, alter Augustinus dictus, ita de hac re sermocinatus est : « Propterea cum constet animam rationalem nonnisi formato corpori dari et iterum materiam sicut ipsum corpus, priusquam humanam formam accipiat, moveri, et crescere, et ipso vitali motu, qui ipsi inest, ad hanc ipsam formam perduci, sine contradictione aliqua concedendum putant, quod antequam rationalem animam accipiat corpus humanum, animam habeat sensualem, qua vivat et vegetetur, et incrementum formamque percipiat, in tantum ut si concepto semini et

(1) *De Concep. Virg.* cap. VII,
(2) Lib. II *Sentent.* dist. XVIII.

formato rationalis anima non daretur, cum illa anima quam a prima conceptione habet irrationalem, in humana forma de homine animal brutum nasceretur... Hac ergo ratione probare volunt unumquemque duas animas habere : alteram qua vivit, alteram qua sapit... Sed fides catholica ejusmodi assertionem non recipit etc... » et paulo inferius affirmat « semen nonnisi ex anima rationali vivificari et sensum percipere. »

Ast sæculo decimo tertio Anselmo, Lombardo, Hugone demortuis, sensim sine sensu Stagirita philosophus scholam universam occupare atque in re naturali et philosophica ut magister haberi cœpit. Quid itaque ab eo scholastici de formatione et de animatione fœtus edocti fuerint scire juvabit.

« Cum fœtus in utero formantur, *ita ipse*, fœmina tardius quam mas perfectionem quarumque partium recipit. Mas, qui quadragesimo die exierit, apparet magnitudine formicæ majusculæ, et membra jam inde discreta tum cetera omnia tum genitalia constant, et oculi prægrandes. Sed fœmina, quæ intra tertium mensem eruperit, indistincta est : quæ autem quartum adepta est mensem distinctionis effigiem brevi tempore accipit... Mares, *etiam dicit*, fœtus magna ex parte circa quadragesimum diem dextro potius latere moventur, fœminæ sinistro circiter nonagesimum [1]. »

In his Aristolelis ab Hippocrate aliisque paulisper dissentiebat, qui dicebant mares a trigesimo ad quadragesimum, fœminas a trigesimo ad quinquagesimum, diem formari [2].

Unde factum est quod nec scholastici in definiendo temporis puncto, quo anima rationalis corpori infundatur, omnino unanimes fuerint, aliis Philosopho, aliis medicorum Principi calculum adjicientibus... Prioris tamen doctrina,

(1) *De hist. animal.* L. VII, cap. 3.
(2) *De Natura fœtus*, n. 10.

quam et S. Thomas [1] secutus est, universim prævaluit. Quare Coimbricenses [2] : « Communior tamen veraque sententia est in maribus absolvi circa quadragesimam diem, in fœminis circa octogesimam. Quod ex eo optime confirmatur, quia in veteri lege fœmina, si masculum pareret, quadraginta diebus, si fœminam octoginta sese domo continebat et a templi ingressu cessabat. Hunc enim numerum divinarum litterarum interpretes ad imitationem naturæ ac temporis quo in utero corpus effingitur præscriptum fuisse aiunt [3]. »

Quoad primæ embryonis formationis principium ita docet Aristoteles : « Definiendum igitur est... de anima, qua animal dicitur, utrum in conceptu inest, annon, et unde. Conceptum enim inanimatum esse nemo statuerit, et vita omnibus modis privatum : quippe nihilo minus semina et conceptus animalium vivant quam stirpes et aliquandiu prolificarunt. Ergo animam in iis habere vegetalem palam est.... Sensualem etiam, qua animal est, tempore procedente recipi, et rationalem, qua homo, certum est. Non enim simul et animal fit et homo : nec animal et equus [4]. » Paulo inferius subdit animas « omnes potentia prius haberi quam actu. »

Philosopho itaque docente, homo *prius vivit vita plantæ, deinde animalis, et tandem hominis.* Cujus doctrinæ auctoritate freti scholastici, sic dicti Thomistæ, universim affirmarunt « actione seminis disponi materiam totumque corpus

(1) *In* 3 *Sent.* dist. 3, q. 5, a. 2.

(2) *De anima,* c. I, q. 4, a. 2.

(3) Cf. Maldon. in c. 2 *Luc.* v. 22; Corn. a Lap. *Lev.* XII, 5.

(4) *De generat. animal.* l. II, c. 3. Videsis circa verba hæc Philosophi inter veteres interpretes Joannem Philoponum : *De Anima,* ad text. 3, et 24; inter recentiores Hier. Dandinum, *de corpore animato,* lib. septem, seu in Aristotelis tres *de anima* libros *Commentarium peripatheticum,* lib. II, col. 791.

præparari, tum vegetantem quoque animam produci, ubi ad quemdam dispositionis modum ventum sit, et rursus post aliquod tempus, perfecta magis materia, sentientem formam accedere. Tum vero disponi adhuc materiam ad præstantissimam omnino intelligentem formam. Cujus tamen productionem attingere semen non potest, quod ea forma ex materiæ potestate educi nequeat ; sed spiritalis cum sit aliunde accedere ad corpus debeat a solo scilicet Deo creata... Sed quamvis in humano fœtu hæ tres animæ producantur : dum tamen adest sentiens, abit vegetans ; moxque accedente intelligente, illa quoque recedit, unicaque in homine superest anima [1]. »

Sententiam hanc etiam Coimbricenses amplexi sunt [2], eam ex Doctore Angelico [3] comprobantes. « D. tamen Thomas, *ita Arriaga*, solum docet animam prius esse nutritivam, deinde sensitivam, postea intellectivam, quod recte potest de unica anima intelligi : non quia eadem transeat in se ab uno esse ad aliud, sed quia ex defectu dispositionis primo sit nutritiva, idest, prius nutriat quam sentiat, et prius sentiat quam intelligat. Fateor tamen in fine ejus responsionis subjici a D. Thoma alia difficiliora verba, quibus videtur favere sententiæ Conimbricensium, non tamen omnino aperte eam tradit : unde et quia ratio nos in contrarium pellit, possumus alteram sententiam sequi, » scilicet animam rationalem infundi corpori « ubi primum dispositum est ad operationes nutritionis [4]. »

(1) Dandinus, *l. c.*

(2) In 2. Lib. Arist. *De Anima*, cap. I, q. 4, a. 2.

(3) 1. P, q. 118, a. 2, ad 2.

(4) Rod. de Arriaga, *de Anima*, disp. III, sect. 3. — Si Angelici Doctoris doctrinam de re præsenti assequi cupias, Cf. præter *l. c.* dist. 18 *in* II *Sent.* q. 2, a. 3 ; *C. Gent.* q. 87, 88 et 89 ; *de Potentia*, q. 3, a. 9, ad nonum, ubi hæc leguntur : « Sciendum quod aliter est in generatione hominis et aliter in generatione aeris (ex aqua). Nam generatio aeris est

Contra Thomistas itaque stant cæteri scholæ doctores aientes et docentes animam, quæ primum embryoni infunditur, esse solam animam rationalem et intellectualem, quæ « juxta materiæ et organorum dispositionem opera prius vegetantis, deinde sentientis, ad extremum intelligentis perficiat : eaque omnia, quæ ab Aristotele *l. c.* dicuntur, de operationibus intelligenda esse [1]. »

Sententiam hanc Patrum doctrinæ magis esse consentaneam ex hucusque dictis cuique deducere est. Eam tenuere vetustiores scholæ doctores, præter Victorinum, Alexander Alensis, B. Albertus Magnus, S. Bonaventura, quos scholastici quamplurimi secuti sunt. Scias tamen nec istos a conceptu, sed a formationis tantum die animam vindicasse. Formationis autem seu primæ organizationis principium aliud dicebant esse ab anima. « In semine, *ita sibi objicit Alensis*, sive in embrione ante infusionem animæ rationalis præcedit quædam potentia qua vegetatur et sentit : sed illa potentia non est sine substantia : ergo animam rationalem præcedit substantia animæ vegetabilis et sensibilis. » — Ad hoc ita respondet :

simplex : cum in tota generatione aeris non appareant nisi duæ formæ substantiales; una quæ abjicitur et alia quæ inducitur. Unde ante introductionem formæ aeris semper manet ibi forma aquæ : nec sunt ibi dispositiones ad formam aeris. In generatione autem animalis apparent diversæ formæ substantiales; cum primo appareat sperma, et postea sanguis : et sic deinceps quousque fit forma hominis vel animalis. Et sic oportet quod hujusmodi generatio non sit simplex, sed continens in se plures generationes et corruptiones. Sic ergo per virtutem formativam, quæ a principio est in semine : abjecta forma spermatis, inducitur alia forma, qua abjecta iterum inducatur alia. Et sic primo inducatur anima vegetabilis : deinde, ea abjecta, inducatur anima sensibilis et vegetabilis simul ; qua abjecta, inducatur a creante anima quæ simul est rationalis, sensibilis, et vegetabilis. »

(1) Hanc esse Philosophi mentem dicebat Philoponus, Albert. Magn. (*Summa de homine*, q. VII, ad 5m, *op.* tom. 19) et Florentinius hoc certum esse affirmat.

« Dicendum est, quod illa substantia cujus est illa virtus non se habet per modum perficientis (seu formæ), sed per modum artificis præparantis ipsum corpus [1]. » — « Ibi enim, *ait S. Bonaventura,* non potest esse substantia animæ perficiens... potest tamen ibi esse virtus animæ patris, quæ quidem est in semine sicut in subjecto deferente, sicut virtus motoris defertur simul cum lapide projecto [2]. » — « In semine igitur, *concludit Albertus Magnus,* est virtus formativa membrorum corporis humani, quibus formatis, per creationem infunditur anima a Deo [3]. » Aliquid simile etiam S. Thomas habet aiens : « Dicendum quod in semine a principio suæ decisionis non est anima, sed virtus animæ, quæ fundatur in spiritu qui in semine continetur, quod de natura sua spumosum est. Ista autem virtus agit disponendo materiam, et formando ad susceptionem animæ [4]. »

Verbo, doctrinam Scholæ de fœtus animatione ita definire est :

1. Anima creando a Deo infunditur non in ipso conceptus instanti, sed embryone [5] jam sufficienter formato. Ita omnes.

2. Propterea infunditur pro masculis die circiter quadragesimo, pro fœminis octogesimo a conceptu die. Ita quamplurimi [6].

(1) *Summæ*, p. II, q. 62, memb. 2.

(2) *In Lib. II Sent.*, dist. 31, art. I, q. 1.

(3) *Sum. de homine*, q. XVI, art. 3.

(4) *De Potentia*, q. 3, art. 9.

(5) Quare et Catechismus ad Parochos, juxta sententiam hanc, docet admirabilem fuisse Christi D. utpote in instanti perfectam conceptionem, « quum servato naturæ ordine nullum corpus nisi intra præscriptum temporis spatium hominis anima informari queat. » (*De* 3 *Symb. art.* n. 4). Hanc vero doctrinam aliquis auctor quam indebito *Thomisticam* nuncupat, quisque videt (Cf. *Revue des Sciences eccl.* tom. 21, p. 15).

(6) Unde moralistæ et Jurisconsulti veteres sententiam istam, utpote mitiorem, in interpretandis legibus contra abortum fœtus animati

3. Utrum vero in embryone ponenda sit successio plurimarum formarum et animarum se mutuo destruentium, disputabatur inter doctores, affirmantibus Thomistis, ceteris negantibus.

ARTICULUS III.

DE DOCTRINIS RECENTIORUM.

I.

Tres doctissimos viros sæculo decimo septimo degisse invenimus, quos tanquam recentiorum in definienda fœtus animatione primos duces habere licet. Fuere Thom. Fienus Lovanien. medicus; Hieron. Florentinius Lucen. Cong^is^ Matris Dei clericus regularis, et Paulus Zacchias, Innocentii X et totius Status ecclesiastici protomedicus.

1. Fienus itaque quem ob inconcussam suæ artis scientiam Belgii et Bavariæ duces in cubicularium medicum elegere, Lovanienses vero in sua Academia professorem primarium retinere omnino voluerunt, anno 1620 opusculum edidit cui titulus: *De formatrice fœtus liber in quo ostenditur animam rationalem infundi tertia die.*

« Trado multa in hoc libro, *ita ibi præfatur auctor*, contraria doctrinæ non tantum Galeni et Aristotelis, sed et communi omnium fere tum medicorum, tum philosophorum. Quidni enim liceat si ratio suffragetur? Etenim ratio omnium quorumcumque doctissimorum virorum auctoritati longe est anteponenda. »

Conclusiones vero ejusdem quæ ad nos spectant hæ sunt:

procurantes, secuti sunt. Cf. Salmant. tract. XIII, de rest. c. 2, punct. 4, n. 59; Diana, *Resolutiones Mor.* p. VII, tr. V, de Abortu, resol. 6, edit. Venet. 1650.

« Efficiens confirmationis est anima semini post conceptionem adveniens (Pag. 128).

« Anima rationalis prima et sola introducitur in fœtum et nulla alia præcedit eam (p. 161).

« Anima rationalis conformat et organizat corpus proprium seu cujus est forma (p. 184).

« Anima rationalis infunditur tertio circiter a seminis conceptionis die (p. 199). »

Magno cum plausu Fieni hæc doctrina recepta a quamplurimis est, licet undequaque non defuerit qui eam impugnaret; quare alterum, imo et tertium opusculum in thesis suæ defensionem exaravit.

2. Medicorum scientiæ nova ista lux et theologos illuminare mox debebat. Hucusque enim cum persuasos se haberent ante quadragesimum circiter diem fœtum nullum rationali anima esse præditum, nec abortus ante diem hunc ejectos baptizandos esse autumabant. Verum enunciata Fieni sententia, si vere probabilis sit, jam hujusmodi parvulorum salutem negligi religio amplius non sinebat. Quapropter anno 1658 e Lugdunensi prælo opus exiit, parochis et medicis dicatum, cui titulus: *De hominibus dubiis baptizandis*. Auctor, P. Hier. Florentinius Cong. Matris Dei, discussis veterum sententiis singulis, demonstrat minime constare ante diem quadragesimum, imo primis a conceptu diebus rationalem animam in fœtu non esse. Propterea « quando fœtus abortivus elapso *quocumque tempore a conceptu* excutitur ab utero matris; si in illo appareant lineamenta quibus a mola distinguitur, » dici certo nequit talem fœtum non esse hominem; quare sub conditione saltem baptizari debet.

P. Florentinii opus hoc Sacræ Indicis Congregationi delatum fuit, cujus tamen Emi Patres illud censurandum esse non putarunt; imo judicarunt illud esse permittendum, modo

auctor initio declararet se mihil in præsenti materia *definiendo* dicere, atque « neminem, quod praxim attinet, sub mortali obligare, sed tantum rationes speculativas id suadentes exponere. » Ita factum est, necnon idem opus, duabus disputationibus superadditis, meruit ut per novas ulteriores editiones iterum iterumque renasceretur. Editioni autem quam præ manibus teneo [1], triginta novem censuræ approbativæ præponuntur; quinque scilicet Universitatum Viennen. Pragen. Sorbonen. et Remen. ; quinque ex ordine S. Benedicti, quatuor ex Ordine Prædicatorum, decem ex Soc. Jesu, tredecim ex Collegio Salmanticen. ; ceteræ variorum tum episcoporum tum clarissimorum secerdotum. Ex iis, quæ ibi præclara in Florentinianæ thesis honorem leguntur, hæc delibare juvat.

Theologi itaque Viennenses ita aiunt: « In solemni doctorum nostrorum congregatione, visis censuris singulorum post maturam deliberationem decretum fuit, ut communi nomine inclytæ facultatis nostræ libellus iste, mole sua exiguus, at magnus amplissima utilitate, maximo animarum bono comprobaretur, quo citius, ad felices conatus auctoris publico theologorum accedente testimonio, innumero pusillorum populo in regione umbræ mortis periclitanti radius æternæ lucis affulgeret [2]. »

Medici autem ejusdem Universitatis sic: « Etsi nullum detur tempus determinatum in quo de inexistentia animæ rationalis non possit dubitari, attamen cum doctissimo Th. Fieno et aliis probabili assertione statuimus, facta spermaticæ materiæ fermentatione, post paucas horas, vel paucos dies embryoni animam rationalem infundi [3]. »

(1) Lugdun. 1674.
(2) *Censura II fac. theol. Univer. Vien.* (1663).
(3) *Cens. II facul. medicæ ejusd. Univ.*

Tuam « thesim diligenter inquisivimus, *aiunt Theologi Parisienses*, illam in publicis exercitationibus Sorbonicis tanquam veram propugnari curavimus. Illam... *indubitatam*, plurimarum animarum promovendæ saluti, et prohibendis, quæ in procurando abortu perpetrant perditissimæ illæ mulieres,... damnata a S. Basilio formati et informis fœtus subtilitate delusæ, homicidiis perutilem.... censuimus [1]. »

P. Polinus Studii Generalis S. Dominici Regens, et in Universitate Bononien. Cathedræ S. Thomæ Moderator, jussus Florentinii opus lustrare, ita laudantis suæ censuræ argumentum præstat: « Quosdam capulari dogmatum vetustati expertus sum affixos, ut probro dent quidquid novitatis umbram augurari conspexerint, moribus placita recentiora corrodentes, et comminuentes.... Quamvis autem novitatis aliquid redolentia... mihi non multum arrideant, novissima tamen collimantes Constantinæ Synodi sententia protectos, nempe: *Beatus qui prædicat verbum inauditum*, prorsus non illaudo. » Deinde censet opus illud « auctori non modicum ornamentum allaturum, omnibusque studiosis plausibilem futurum [2]. »

Demum P. De Albertis S. J. S. Theol. in Collegio Romano doctor, in censura sua ait: « Neque ullum hactenus argumentum audivi quod physice vel moraliter demonstret non esse in principio fœtum anima rationali informatum, sed certe prorsus sine prudenti formidine constare de opposito [3]. »

Ex hucusque dictis deducere est qualis de Animatione fœtus sententia sæculo XVII, post Fienum præsertim, prævalere incœpit. Ast

3. Eodem fere tempore, quo Florentinius isthæc theologos

(1) *Cens. V Theol. Univ. Parisien.* (1663).
(2) *Cens. XVIII.*
(3) *Cens. XIX.*

et moralistas docebat, celeberrimus Zacchias, Innocentii X protomedicus, in vulgato suo opere cui titulus : *Quæstiones medico-legales* idem argumentum ad juris consultorum præsertim utilitatem trutinabat. Itaque his disputationem suam aggreditur [1] : « De animatione fœtus humani verba facere, cum mihi sese alias obtulisset occasio, coactus sum communissimæ opinioni adhærere, quæ vult animam rationalem post quadraginta dies fœtum informare, quæ opinio in eo maxime fundatur quod vero consentaneum videtur, tunc fœtum propriam animam recipere cum perfecte organizatus est... Sed inter recentiores Thom. Fienus longioribus conatus est fœtnm humanum triduo perfici ac tertia die ad summum et ut serius rationalem animam recipere.... Ego vero communissimam opinionem cum Sennerto ad trutinam revocans, et apertissime conspiciens non posse ullo modo salvari et magna et innumera absurda, quæ de necessitate ad eam consequi animadverti, novæ ac veritati multo magis consonæ adhærere coactus sum, nempe animam rationalem a Deo Optimo Maximo tum primum creatam et infusam in ipso primo conceptionis momento præsentem esse. » Deinde abundantiori sermone thesim hanc comprobat [2] nempe : *Fœtum humanum nulla anima ullo in tempore dotari nisi rationali, eamque in ipso primo conceptionis momento a Deo creatam et infusam recipere.*

II.

Verum enimvero quæ hucusque audivimus scripta sunt antequam hominem ex ovo nasci scitum fuisset, tunc scilicet temporis, ubi conceptum fieri putabatur ex virilis commixtione seminis cum humore aliquo femineo. Quid mirum

(1) *Quæstiones medico-legales, Lugd.* 1661, *opus Alexandro VII P. M. dicatum.* (2) *Ibid.*, tom. II, lib. IX, tit. I.

itaque, si quamplurimis tum Patribus, tum scholasticis, tum medicis, tum philosophis, impossibile visum sit, ut, vix habita hujusmodi humorum commixtione, priusquam aliquod etiam minimum coagulatum corpusculum appareat, rationalis ibi compareat anima. Difficultates utique inde ortas celeberrimus Zacchias pro viribus solvebat, solutionem vero ampliorem humanæ ovulationis inventio [1] mox præstitit. Unde sententia animationem a primo conceptus momento vindicans medicos universim sibi conciliavit [2].

« Equidem id firmiter assero, *ait Michael Alberti Germaniæ medicus* (1725), quod a primis conceptionis initiis anima rationalis in fœtu adsit, eo quod sine anima illa conceptio fieri nequeat, quæ tanquam artifex et architecta sui corporis præsto est; a qua deinde actus formationis dependet [3]. » Deinde

(1) Vix ratio est cur hic verbum de singulari sententia aliqua dicam, cui ansam dedere fœminæ ovulorum atque animalculorum spermatis inventa. Fuere igitur qui docuerunt omnia et singula hujusmodi ovula vel animalcula ab initio in lumbis protoparentum creata fuisse a quibus omni generationis actu tot deinde filiis sunt transmissa, quot homines in eadem linea usque ad ultimum mundi diem nasciturí erant. Systema hoc « *de l'emboitement des germes* » dixerunt. Porro in singulis his seminibus præextitisse animam ita docebat Leibnitzius (*Essai sur la bonté de Dieu et la liberté de l'homme*, p. 1, n. 91) : « Il est de la sagesse de Dieu que tout soit harmonique dans ses ouvrages et que la nature soit parallèle à la grâce. Ainsi je croirais que les âmes... ont été dans les semences et dans les ancêtres jusqu'à Adam et ont existé par conséquent depuis le commencement des choses et toujours dans une manière de corps organisé, en quoi il semble que le R. P. Mallebranche, Mr Bayle, et quantité d'autres personnes très-habiles soient de mon sentiment. Et cette doctrine est assez confirmée par les observations microscopiques de M. Lewenhœck et d'autres bons observateurs etc. » Cf. Carattini, *de Origine et præexistentia animarum*.

(2) Suo jam tempore (1745), Zacchiæ sententiam fere universalem inter medicos factam esse ait Cangiamila (*loc. cit.*, l. I, c. IX).

(3) *Systema Jurisprud. Medic.*, cap. VI, *de Anim. fœtus*, t. I, p. 124 et seq.

longiorem auctorum catalogum citat qui similia dixerunt integrisque tractatibus confirmarunt.

Nostris vero temporibus celebris Dr Cazeaux, nemine contradicente, ita coram medicæ Academiæ Parisien, senatu declarabat: « Nous ne sommes plus au temps, où théologiens, philosophes et médecins se disputaient à l'envi *de animatione fœtus*. Les progrès de la science ont mis un terme à toutes ces discussions. Le germe reçoit au moment de la conception le principe vital, le souffle de vie, et il n'est pas possible d'établir sous ce rapport, d'assigner aucune différence entre l'enfant qui vient de naître et celui qui est encore renfermé dans le sein maternel, entre le fœtus de neuf mois, et l'œuf fécondé depuis quelques heures [1]. »

Eoden sensu Dr Fredault recentissimus scripsit : « Il faut dire que l'âme arrive dès le moment de la conception et qu'elle arrive tout entière, mais qu'elle déploie d'abord ses facultés végétatives, puis ses facultés animales, et enfin ses facultés intellectuelles [2]. »

Medicos theologi ubi præsertim de subjecto baptismi quæstio incidebat, uno fere consensu secuti sunt: « Quamvis, *ait Roncaglia* (1736), diu viguerit Aristotelica opinio masculos non animari anima rationali nisi post 40 dies a conceptione, et fœmella post 80, jam ab aliquo tempore non sine plausu recepta est opinio, ab initio conceptionis fœtum anima rationali informari, et ex virili generatione statim concipi hominem, non brutum [3]. »

Ex hodiernis unum, brevitatis causa, audias Card. Gousset aientem: « Suivant l'opinion la plus probable et la plus

(1) *Discours du* 10 *février* 1852. V. *Gazette médicale*,

(2) *Physiologie générale*, p. 733.

(3) *De baptismo*, cap. IV, q. IV.

communément reçue parmi les auteurs modernes, le fœtus est animé dès l'instant même de la conception [1].»

Ast ubi auctores iidem de censuris sermocinantur, cum odia restringenda sint, in sententia veterum sequenda perstiterunt, juxta quam, Gregorius XIV excommunicatos declarabat fœtus tantum animati abortum procurantes. Sciendum vero est recentem Pii IX S. M. Constitutionem *Apostolicæ Sedis* limitationem istam abrogasse et excommunicationem tulisse universim contra *Procurantes abortum*[2] *effectu secuto.* Ratio autem hujus ex eo petenda est, quia et ipsa Ecclesia jam non amplius probabiliter admittit posse fœtum dari vivum et non anima rationali informatum. Si secus, dicendum esset Pontificem novam legem antiquiori magis odiosam condidisse, quod contra apertam Constitutionis mentem foret, atque a nemine puto fuisse prolatum.

(1) *Théol. mor.*, du bapt. Cf. Gury, Moullet, Scavini, etc... Goudin, Gonzales, thomistas : D. Murino in periodico : la *Scienza italiana,* Marzo 1878, p. 227.

(2) Ita nec Codex civilis in ferendo pœnas contra abortum distinctionem ullam admittit (art. 317).

BULLETIN BIBLIOGRAPHIQUE.

I.

Œuvres complètes de S. E. le Cardinal Dechamps de la Congrégation du T.-S. Rédempteur, Archevêque de Malines, Primat de Belgique. — H. Dessain, éditeur Malines, imprimeur du Saint-Siège. Paris, Vve H. Casterman, éditeur pontifical, 66, rue Bonaparte.

Nous apportons une bonne nouvelle aux amis de la science et de la foi : la publication des œuvres complètes de Son Eminence le Cardinal Dechamps, Archevêque de Malines. Plusieurs volumes de ces œuvres ont paru successivement, à partir de 1843, mais le Cardinal a beaucoup écrit dans ces derniers temps, et c'est la première fois que tout ce qu'il a écrit, se trouve réuni en une seule édition.

Il est désormais superflu de s'étendre sur l'importance de ses travaux. Trois choses, ou plutôt trois faits l'ont établie depuis longtemps : et d'abord la plupart des ouvrages du Cardinal ont été, dès leur apparition, traduits dans les principales langues de l'Europe, et c'est l'Allemagne, par d'éminents écrivains de Mayence, qui a pris l'initiative de ces traductions ; — les ouvrages du Cardinal ont donné lieu à de vives controverses, à de grandes luttes doctrinales ; — ils en sont sortis triomphants, car on s'appuie sur eux dans l'enseignement classique, là même où les luttes furent les plus ardentes, comme le prouvent de récentes publications de plusieurs professeurs de Saint-Sulpice.

Mais ces faits ont été suivis d'autres faits d'une plus grande portée. Dans un Bref relatif au travail si connu que Monsei-

gneur Dechamps a fait paraître en 1869 sur *l'Infaillibilité et le futur Concile*, le Pape Pie IX caractérise ainsi les œuvres du Cardinal : « Nous vous félicitons, Vénérable Frère, de ce « que, dans ce nouvel ouvrage, comme dans ceux qui l'ont « précédé, vous avez fait voir clairement que la droite raison « rend un tel témoignage à la foi catholique, que non seule- « ment les croyants, mais les rationalistes eux-mêmes sont « contraints de reconnaître l'absurdité des opinions qui lui « sont contraires : *Gratulamur, tibi, Venerabilis Frater,* « *quod, sicut alias, sic in nupero opere tuo :* DE INFALLIBI- « LITATE ET CONCILIO GENERALI, *luculenter ostenderis, ita* « *rectam rationem suffragari catholicæ fidei, ut non modo* « *pii, sed et ipsi rationalistæ absurda fateri cogantur com-* « *menta quæ ab ipsa dissentiunt.* » C'est là, en effet, le caractère général des œuvres du Cardinal : de mettre en pleine lumière *l'harmonie* de la raison et de la foi.

Après un tel éloge du Chef de l'Eglise, il n'est pas étonnant que dans la Constitution *Dei filius* sur les grandes erreurs qui règnent de nos jours, le Concile du Vatican ait confirmé l'une des données fondamentales des œuvres apologétiques du Cardinal, quand il a constaté que le grand fait de l'Eglise catholique constitue, *par lui-même,* un motif décisif de crédibilité, c'est-à-dire une preuve irréfragable et toujours vivante de la divinité du christianisme ; vérité qui n'est pas nouvelle, sans doute, comme le Cardinal l'a toujours fait remarquer avec soin, mais que l'on a trop souvent perdue de vue dans l'enseignement philosophique et théologique. Monseigneur Pie, le savant Evêque de Poitiers, écrivant à un Docteur en théologie de l'Université de Louvain [1], s'exprimait ainsi à ce sujet : « J'ai particulièrement apprécié ce que vous dites si

(1) Le Docteur Van Weddingen.

« bien *de la constatation populaire de la véritable doctrine* « *religieuse.* Ce point avait été traité d'une manière neuve et « saisissante par votre éminent métropolitain, alors qu'il était « encore le P. Dechamps, et la première constitution doctri- « nale du Concile du Vatican lui a fait l'honneur très-mérité « de reproduire le fond et à peu près la forme de son argu- « ment. Je m'explique donc fort bien que vous l'ayez mis en « lumière avec complaisance. »

L'ouvrage que le Cardinal a intitulé : *Le Christ et les antechrists dans les Ecritures, l'histoire et la conscience*, démontre la divinité de Jésus-Christ par l'unité manifestement surhumaine des deux Testaments, par l'histoire générale du monde, par l'histoire intime de l'homme lui-même. Ce volume a paru bien avant l'écrit de M. Renan sur Notre Seigneur Jésus-Christ, et il a d'avance réduit à l'impuissance cette nouvelle tentative sacrilège, en montrant que pour nier la divinité du Christ, il faudrait changer l'ordre des temps, refaire les siècles, créer une nouvelle histoire de l'humanité, et que pour penser à cela, il est six mille ans trop tard.

Dans les *Entretiens* sur la démonstration catholique de la révélation chrétienne, le Cardinal établit la thèse dont nous parlions tout à l'heure : que l'Eglise, revêtue de ses éclatants caractères, reste en ce monde le témoin irrécusable de la divinité de son auteur, la preuve permanente de la vérité de la foi. *Les Entretiens*, dans cette dernière édition, sont précédés d'une préface où se trouve résumée la controverse à laquelle ils ont donné lieu.

Dans les deux volumes sur la *Certitude en matière de religion*, l'auteur réunit et résume, non ses deux premiers ouvrages, mais ce qu'ils ont de commun, c'est-à-dire la démonstration de la foi par toute *une chaîne de faits subsistants.* Reprenant ainsi, en partie du moins, ce qu'il avait déjà pu-

blié, l'auteur se montre peut-être ici plus maître encore de son sujet, plus rapide dans l'exposé des faits, plus fier de ce qu'ils ont de victorieux, quand il porte à l'incrédulité le défi qu'elle n'a jamais relevé.

La Nouvelle Eve est une œuvre à la fois dogmatique et ascétique. Nous l'intitulerions volontiers *Marialogie*, car elle contient *la science proprement dite* des grandeurs de Marie, mais la science mise à la portée des gens du monde, et aussi pleine d'onction que de lumière. Les prières qui terminent tous les chapitres de *la Nouvelle Eve* ont été, nous en sommes sûrs, écrites à genoux. On y retrouve l'orateur qui finissait tous ses sermons par une prière, et qui savait si bien faire prier avec lui.

Le volume sur *l'Infaillibilité et le Concile général* est complété, dans cette édition, par les lettres de l'auteur à divers publicistes. On y remarque surtout celles où les chefs du pauvre *vieux-catholicisme*, si convaincus de la supériorité de leur critique, sont confondus par des documents du premier ordre, et que l'on croyait perdus, sur la tradition de l'Eglise de France, et en particulier sur la fameuse assemblée du clergé en 1625 et 1626.

Les œuvres *exclusivement* oratoires ne comprendront qu'un volume, mais deux des quatre volumes des œuvres pastorales appartiennent en partie aux œuvres cratoires elles-mêmes. — Les œuvres exclusivement pastorales et administratives contiennent des Documents très-importants au point de vue de l'histoire ecclésiastique et des luttes de l'Eglise à notre époque.

Les opuscules comprendront trois volumes. Les divers titres de ces opuscules indiquent assez ce qu'ils ont de pratique et d'intéressant. Ce sont : *Pie IX et les erreurs de son temps ; — La franc-maçonnerie ; — la loge et le temple ; — Appel et*

défi : appel à la bonne foi d'un protestant de naissance, et défi à un rationaliste de profession ; — Avertissement aux familles sur plusieurs erreurs relatives à l'éducation publique ; — Le progrès des arts ; — La vie de plaisirs ; — La grande pensée de S. Vincent de Paul, et la principale de ses œuvres ; — Les origines de la Fête-Dieu ; — La sainte Etole vengée, et le pèlerinage de Saint-Hubert ; — Le libéralisme et les Catholiques-libéraux ; — Lettre à sa Majesté l'empereur d'Allemagne ; — Du serment de fidélité à plusieurs Constitutions modernes.

Le volume des *Mélanges* contient des dissertations d'une haute portée, par exemple :

Sur l'influence de la philosophie allemande et principalement de la méthode de Hegel.

Sur le dogme de la création.

Sur les extrémités doctrinales auxquelles sont réduits ceux qui nient le péché originel.

Sur les préjugés relatifs à l'apocalypse ; — sur les obscurités et les clartés de cette prophétie, dont les grands traits sont expliqués dans le même sens par l'unanimité des Pères ; — sur les erreurs relatives à la fin du monde.

Sur un caractère des prophéties en général, et en particulier de la prophétie d'Isaïe : *Ecce Virgo concipiet et pariet filium.*

Le volume des *Lettres philosophiques et théologiques* est suivi de trois ou quatre volumes de *Lettres diverses*, où l'on trouve un assez grand nombre de lettres de direction.

Dans *un mot de l'auteur*, sorte de préface de ces œuvres complètes, le Cardinal dit : « J'avoue que, semblable à bien « d'autres, j'ai toujours désiré quelques années de repos et de « solitude, afin de revoir mes divers écrits à loisir, mais le « temps s'envole, la vieillesse vient, et le repos ne vient pas.

« Il faut donc que je me résigne à une révision rapide, quoique « attentive, de ce que j'ai publié jusqu'ici. Après tout, cette « sorte de révision est peut-être la meilleure. Dans les livres « remaniés avec trop de soin, la pensée est ordinairement « rendue d'une manière moins vive et moins vivante que « dans les œuvres de premier jet. Et puis, tous, nous sommes « disposés à mieux accueillir la vérité, lorsqu'elle se présente « vêtue sans recherche, et parfois même dans un certain né- « gligé. Faits pour elle, nous la voulons pour elle-même, sans « prendre garde à son costume. Les plus magnifiques orne- « ments, d'ailleurs, n'ajoutent rien à sa beauté, et ne peuvent « augmenter l'éclat qui lui est propre. Cette pensée console « tous ceux qui n'écrivent pas pour écrire, mais pour servir « les âmes. »

Nous croyons pouvoir ajouter, que ce que le Cardinal vient de dire ne l'a cependant pas empêché, en revoyant ses écrits, d'y faire des milliers de modifications, et de nous déclarer un jour qu'arrivé à l'âge de près de soixante-dix ans, il ne signerait de bon cœur les écrits de sa jeunesse, et même ceux de son âge mûr, que dans la forme où les reproduit l'édition des *œuvres complètes*.

Quatorze volumes de cette édition sont aujourd'hui en vente, et les trois ou quatre volumes des *Mélanges* et des *Lettres* suivront de près.

II.

L'Eglise et l'Etat, par M. le chanoine Moulart, professeur à l'Université catholique de Louvain, 2e édition.

Nous avons signalé avec bonheur l'apparition de cet ouvrage et la fin des contradictions qu'il a éprouvées. Nous ne répéterons pas, pour la seconde édition que nous saluons avec une

égale satisfaction, les éloges avec lesquels nous avons accueilli la première. Nous nous bornerons à faire connaître à nos lecteurs l'appréciation de cet ouvrage magistral par la savante Revue catholique, éditée à Rome sous le nom de *Civiltà Cattolica*.

Dans un premier article, la Revue Romaine s'exprime ainsi :

Le sujet et l'importance de ce livre lui donnent le droit d'entrer dans notre revue bibliographique[1], parce que c'est une matière qui intéresse toute l'Église catholique, et qu'elle est traitée sous tous ses aspects, avec une remarquable profondeur et une grande justesse de jugement.

Nous pensons qu'il sera très utile et très agréable à nos lecteurs d'avoir de cet excellent livre un aperçu plus développé que ceux que nous avons l'habitude de faire ; et cela leur en fera connaître tout le mérite bien mieux qu'un simple éloge de mots.

Après avoir analysé la doctrine de l'auteur sur l'union et la séparation de l'Eglise et de l'Etat, sur la *thèse* et l'*hypothèse* la savante Revue ajoute :

L'auteur examine avec soin, avec une science profonde et une vaste érudition, tous les degrés divers dans lesquels peuvent se vérifier la thèse et l'hypothèse, et il résout savamment les diverses et délicates questions qui se présentent dans les différents cas.

La *Civiltà* termine son second article, consacré à l'examen des deux derniers livres de l'ouvrage de M. Moulart, de la manière suivante :

Concluons : Cet ouvrage de l'illustre professeur Moulart, à l'ex-

(1) La *Civiltà* n'a pas l'habitude de s'occuper des ouvrages qui paraissent à l'étranger, et surtout d'entrer dans des développements. L'exception qu'elle fait pour l'œuvre de M. Moulart a une signification et un caractère qui n'échapperont à personne.

ception de quelques points sur lesquels nous sommes d'un avis différent, et d'une certaine tendance peut-être un peu trop conciliatrice vers les États modernes (quant à cela, pour ce qui concerne les conditions politiques de la Belgique, nous nous en remettons au sage jugement des Évêques de cette noble nation), cet ouvrage, disons-nous, nous semble excellent, plein de doctrine et de sens politique, et tout pénétré d'esprit sincèrement catholique.

Nous souscrivons des deux mains aux dernières paroles de la Revue Romaine, et nous félicitons le savant professeur de Louvain d'avoir mérité un si bel éloge.

CONSULTATION I.

La *Revue*, année 1877, p. 570, rapporte une décision concernant le jeûne etc. et cite les paroles de Benoît XIV : « In Quadragesima aliisque anni temporibus et *diebus* quibus carnium, ovorum, et lacticiniorum esus est prohibitus ab omnibus omnino, nemine excepto, unicam..... et licitas atque interdictas etc. declaramus. » Les *vendredis de l'année* ne sont-ils pas compris parmi les *dies, quibus carnium* etc. ?

habemus ; atque in vim illius, quantum opus est, Oratori per præsentes impertimur.

Datum in Gestel S. Michaelis die 8 februarii 1848.

Epus Emauss. Vic. Apostolicus Buscoducensis
† H. DEN DUBBELDEN.
De mandato Illmi ac Rmi Dni
G. P. WILMAR, *Secretarius.*

(1) Cf. Minderer, *Op. cit.*, De Indulgentiis realibus, n. 578 ; Kazenberger, *Supplementum Theologiæ moralis Sacramentalis P. Sporer*, cap. III, n. 16 ; Gobat, *Tractatus IV, De Indulgentiis*, n. 408.

Nous ajouterons, en terminant, une décision de la S. Congrégation des Indulgences, en date du 11 avril 1872, et qui tranche le doute qu'aurait pu faire naître le Décret du 14 avril 1856 de la même Congrégation. Ce Décret renouvelait la mesure déjà prise par Benoît XIV, et ordonnait le dépôt d'un double de l'Indult, à la Secrétairerie de la Congrégation, quand il s'agit de concessions générales [1]. En voici la teneur.

Cum experientia quotidie comperiatur, complures Indulgentiarum concessiones generales expediri inscia ipsa Sacra Congregatione, ex quo multi promanant abusus ac confusiones, re mature perpensa, præsenti Decreto declaravit, impetrantes posthac hujusmodi generales concessiones teneri sub nullitatis pœna gratiæ obtentæ exemplar earumdem concessionum ad Secretariam ejusdem Sacræ Congregationis deferri [2].

Les R. Pères craignirent que leur faculté ne fût frappée de nullité, le dépôt n'en ayant pas été opéré à la Secrétairerie de la Congrégation. Toutefois cette crainte n'était pas fondée, car le décret ne disposait que pour l'avenir : *posthac*. Aussi la S. Congrégation des Indulgences, à laquelle les R. Pères avaient soumis le doute, les rassura-t-elle complètement par la décision suivante :

Sacra Congregatio Indulgentiarum et SS. Reliquiarum proposito dubio respondet : Facultates, de quibus agitur, non comprehendi in Decreto diei 14 aprilis 1856.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 11 aprilis 1872.

A. CARD. BIZZARRI, Præfectus.
DOMINICUS SARRA, *Substitutus*.

(1) Les concessions générales sont celles qui accordent des indulgences que tous les fidèles indistinctement peuvent gagner.

(2) Le Décret de Benoît XIV se trouve dans Prinzivalli, *Decreta authentica S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ*, n. 222, pag. 168, et celui de la S. Congrégation du 14 avril 1856, *ibid.*, n. 656, pag. 568.

Toutes les pièces que nous avons citées ci-dessus ont été soumises, à des époques assez récentes, à Mgr Den Dubbelden, Vicaire Apostolique de Bois-le-Duc, les 11 octobre 1842 et 8 février 1848 ; à Mgr Zwijzen, Évêque de Bois-le-Duc, le 5 mai 1853 ; à Mgr Neven, Vicaire général de Liége, le 4 septembre 1855; à Son Excellence Mgr Vannutelli, Nonce Apostolique à Bruxelles, le 20 mars 1879. C'est donc à tort que, dans un pays voisin, on a accusé les R. Pères d'user de leur pouvoir à l'insu des supérieurs ecclésiastiques.

ÉTUDE SUR LES AUTELS [1].

CHAPITRE DEUXIÈME.

Des lieux où il est défendu d'ériger des autels.

SOMMAIRE. — Comment les fidèles se tournaient pour assister au S. Sacrifice. 14. — Encore aujourd'hui. 15. — Défense de tourner des autels en sens contraire du maître d'autel. 16. — Peut-on les ériger dans la nef ? 17. — Contre les colonnes, sous les orgues, etc. ? 18. — Au-dessus des sépultures ? 19. — Caveaux vides ou entrée des caveaux : sont-ils défendus ? 20. — Deux sentiments. Affirment Giraldi. 21. — Pignatelli. 22. — Petra, S. Charles. 23. — Cavalieri conteste cette défense. 24. — Nombreux décrets de la S. Congrégation des Rites qui appuient cette distinction. 25. — Décret récent. 26.

14. Dans les premiers siècles de l'ère chrétienne, les chrétiens priaient tournés vers l'orient. De là vint même une accusation inventée et colportée par les païens, que les chrétiens adoraient le soleil. La raison de cet usage est, d'après S. Basile [2], que les chrétiens semblent rechercher le paradis : « Omnes spectamus ad Orientem, cum precamur ; pauci tamen norunt quod ita facientes antiquam requirimus patriam, videlicet paradisum, quem conseruit Deus in Eden ad orientem.» Selon S. Augustin [3] : « Cum ad orationes stamus, ad orientem convertimur, unde cœlum surgit, non tanquam ibi sit Deus, et quasi cæteras mundi partes deseruerit, qui ubique præsens non locorum spatiis sed majestate potentiæ ; sed ut

(1) V. tom. x, pag. 524 et ss.
(2) *Lib. de Spiritu sancto*, cap. 27.
(3) *De Sermone Domini in monte*, lib. II, cap. 6.

admoneatur animus ad naturam excellentiorem se convertere, id est, ad Dominum. » Toutefois cette règle n'était pas sans exception, et lorsqu'il y avait des raisons d'utilité ou de convenance, on tournait les églises en un autre sens, et conséquemment les fidèles qui regardaient l'autel ne priaient plus vers l'orient.

Quant au célébrant, cela dépendait de la situation de l'autel. Dans une basilique avec le trône de l'Evêque et les sièges du clergé au fond de l'abside, et l'autel vers le milieu du sanctuaire, le célébrant se tenait à l'autel du côté de l'Evêque, ayant la face tournée vers le peuple. Mais quand l'édifice avait la forme de nos églises actuelles, avec l'autel au fond de l'abside, et en deçà les sièges du clergé, le prêtre se tournait vers l'orient comme le peuple. Ainsi le prêtre était tourné vers l'orient ou vers l'occident, selon l'emplacement de l'autel principal, mais toujours le peuple avait l'autel en face, et dans les cas ordinaires, priait tourné vers l'orient.

15. Ces principes gouvernent encore la matière aujourd'hui, et le peuple est toujours tourné vers l'autel du chœur, quelle que soit la façon dont se tourne le célébrant. C'est pourquoi, bien qu'il soit permis de multiplier les autels, surtout dans les grandes églises, il est défendu d'ériger des autels dans un sens opposé à celui de l'église.

Il répugnerait, par exemple, qu'une petite partie du peuple tournât le dos au grand autel, tandis que presque tous les fidèles prêtent attention aux fonctions solennelles du chœur. Cette répugnance s'accroît encore par cette considération que le grand autel renferme dans le tabernacle le corps sacré du Sauveur, auquel est dû tout respect et toute gloire. Ajoutons que le petit autel, s'il est tourné dans un sens opposé au grand, doit se trouver au bas ou à l'entrée de l'église, et que là est la place des fidèles, et non celle des autels et du sacrifice.

16. Aussi S. Charles Borromée a-t-il soin de rappeler en plusieurs endroits de ses instructions qu'il est défendu d'élever des autels à l'entrée de l'église, et de les tourner en sens opposé à celui de l'église.

17. Est-il défendu d'ériger un autel dans le chœur, ou la nef, sans l'adosser à un mur ou le placer dans une chapelle ?

Nous ne connaissons aucune raison qui puisse justifier l'érection même passagère d'un autel dans le chœur, en masquant l'autel principal. Celui-ci en effet renferme le tabernacle avec la sainte Eucharistie. Or il est nécessaire que le tabernacle soit visible, et que les fidèles le reconnaissent facilement pour adorer le Dieu eucharistique. C'est pourquoi on le recouvre d'un conopée, c'est pourquoi encore on y tient une lampe perpétuellement allumée. D'ailleurs masquer le grand autel, c'est équivalemment le supprimer, au moins pour un temps, ce qui ne peut se faire que pour de graves motifs, et avec la permission de l'Ordinaire.

S'il ne s'agit que de l'érection dans la nef, à raison de l'exposition d'une relique, ou pour les exercices d'une dévotion particulière, l'Evêque peut le permettre, ainsi qu'il conste par le décret suivant de la Congrégation des Rites [1] :

In ecclesia... diœcesis Assisien. religiose colitur quædam imago S. Annæ matris B. M. V. cujus icon non exiguæ magnitudinis inhæret altari erecto in angulo illius ecclesiæ, ad sacras inibi functiones peragendas nimis incommodo. Propterea modernus archipresbyter dictæ ecclesiæ cupiens non modo suæ, sed totius populi devotioni obsequi, S. R. C. humillime supplicavit pro facultate erigendi in medio ejusdem ecclesiæ altare ligneum cum ara lapidea, ibique præfatam iconem aptare, et sacrum inibi facere per quoscumque sacerdotes, tam in die festo S. Annæ, quam

(1) *S. R. C. Decreta*, v. *Altare*, § 1.

per præcedens novemdiale, aliisque temporum circumstantiis, ad auxilium dictæ Sanctæ publice implorandum, etiam per triduum aliquod celebrandum.

Et S. R. C. respondit : « Arbitrio Ordinarii pro diebus et occasionibus ab eo indicatis dumtaxat, dummodo, perpensis omnibus, absit periculum cujuscumque scandali aut irreverentiæ ; alias collocari mandet in altari majori sive alio stabili ejusdem ecclesiæ. »

Die 23 maii 1778 in Assisien.

18. S. Charles défendait aussi de placer des autels sous l'ambon, sous le jubé des orgues, ou contre des pilastres et des colonnes. Ces prohibitions sont trop rationnelles pour devoir être justifiées, et nous allons passer de suite à une question plus difficile, savoir s'il est permis de placer des autels sur des caveaux de sépulture ou sur des morts enterrés. Mais auparavant donnons le texte des décrets multiples de S. Charles Borromée [1] :

Altare unumquodque statim amoveatur, quod subter suggestum, aut organum, aut ad columnam vel pilam ædificatum sit, aut adversum sit altari majori ; neque in posterum altare ullum in locis hujusmodi ædificetur ; aut quod alteri altari præsertim majori nimis propinquum, aut ubi septum commode non admittat, atque ecclesiam ullo modo impediat.

Altaria cappellæ majori adversa, aut sub ambone, suggestove, aut sub organo, aut ad pilas columnasve collocata, octo dierum spatio amoveantur, ex præscripto visitationis apostolicæ.

Altaria item in lateribus capellarum posita ad tres menses amoveantur ; in earumque medio exstruantur.

Ne subter suggestum unde vel organo sonatur, vel evangelium epistolave pronuntiatur, aut concio habetur, undeve canitur, ullo modo capellæ minores altariave exædificentur.

Ne inter pilam structilem columnamve, aut arcum tignumve

(1) Cfr *Acta Eccles. Mediolan.* pag. 384, 306, 473 et 99.

quo tectum suffulcitur in ingressu ecclesiæ primo loco situm, et parietem qui ab anteriore ecclesiæ parte est, cappella ulla extruatur, nisi illa tantum, quæ in ecclesiis, ubi animarum cura geritur, baptisterii collocandi causa nomineve sine altari exædificanda est.

Altaria cappellæve a pariete, qui in frontispicio ecclesiæ e regione altaris majoris est, nullo modo exædificentur ; neque item alio in loco, in quo sacerdos celebrans terga vertat cappellæ majori.

Altaria omnia amoveantur, quæ subter suggestum aut organum extructa sunt, aut columnæ pilæve hærentia; aut adversa altari majori, aut ecclesiæ januis nimis propinqua ; aut alia quavis ratione incommoda aut periculosa, Episcopi judicio, sunt.

19. La défense d'enterrer des morts sous les autels, ou ce qui est l'équivalent, de construire des autels au-dessus des cadavres, remonte à S. Grégoire, et se trouve consignée dans le droit canon. La raison de cette défense réside surtout dans cette considération, que, dans la primitive Eglise, les autels étaient édifiés au-dessus des corps saints, et qu'aujourd'hui encore, on ne tolère aucun autel sans reliques. Par conséquent enterrer des morts sous un autel équivaudrait à une canonisation.

Non seulement il est défendu d'enterrer des cadavres sous l'autel lui-même, mais encore sous le marche-pied de l'autel, qui est censé en faire partie ; et en cela tous les auteurs sont d'accord. Tous adoptent donc la distance de trois coudées ou un mètre trente, indiquée par S. Charles Borromée pour la distance de la sépulture la plus rapprochée du palier de l'autel.

20. Mais si tous les canonistes s'accordent en ce point, ils se divisent profondément, quand il s'agit de sépultures ou de caveaux en maçonnerie pratiqués en dessous ou à proximité des autels. Les uns tels que Petra, Pignatelli, à la suite de

S. Charles Borromée, opinent pour la suppression radicale de tous caveaux, fussent-ils vides, pratiqués sous les autels.

21. Citons d'abord Giraldi [1] :

Ad complementum hujus materiæ adverto consecrari non debere altare erectum super sepultura : et si aliquod cadaver jam ibi sepultum fuerit, ipsum prius vel ejus ossa et cineres extrahi debent, ac locus terra aliave simili materia repleri, etiamsi illud esset cadaver prælati, ut in *una S. Dominici* declaravit S. C. Episc. et Regul. 15 junii 1655 (ap. Petra et Pignatellum). Et hoc valet quamvis sepulturæ essent subterraneæ, nec existerent sub altari sed sub ejusdem pradella, ut declaravit eadem S. Cong. Episc. in *Interamnen.* 13 sept. 1593. Et licet tale decretum referatur sub his terminis : « Altaria, sub quorum pradellis cadavera sunt sepulta, licet propterea consecrationem non amittant, debent tamen interdici, donec dicta cadavera vel altaria ipsa in alium deferantur locum ; » tamen ex eo quod debeant interdici si sic fuerint erecta, neque permitti debet ut sic erigantur, et multo minus debent consecrari.

Clara enim est prohibitio ut cadavera «prope altare, ubi corpus et sanguis Domini conficitur, nullatenus sepeliantur, » in can. *Præcipiendum,* caus. 13, dist. 2. Hinc ostium sepulcri distare debere a pedali seu scabello altaris per tres cubitos inquiunt Petra et Pignatellus, locis citatis, ut ipsum sepulcrum pedale, seu scabellum non attingat.

22. Pignatelli est tout aussi exprès [2].

Altare erectum supra aliquod sepulcrum non potest consecrari. Quod procedit etiam si in eo nemo sit sepultus. Si autem quispiam sepultus sit, extrahendum est ejus cadaver, sive ossa et cineres, et replendus locus, sicut etiam debet repleri, etiamsi

(1) *Expositio Juris Pontificii*, part. I, sect. 599, pag. 421.
(2) *Consultat. canonic.* tom. IV, consult. 32.

nemo ibi fuerit tumulatus. Ita statuitur in capite *Non oportet, de Consecr.* d. 1, et tradunt communiter *Glossa ibid. D. Anton. Gavant.* etc., et ita pluries declaravit S. C. super Episcopis, nominatim vero in *Interamnen* 8 febr. 1599 : Episcopo « che non permettesse che sotto gli altari e per quanto circonda la predella, siano cadaveri, nè sepulture etiam sotteranee, e essendovene, le facesse empir di muro, essendo così ordine della riforma e dispositione de 'sacri Canoni.» Unde idem Episcopus apposuit interdictum ecclesiæ fratrum S. Augustini, quia hujusmodi sepulturas replere distulerunt, et S. Congregatio mandavit fratres prædictos parere debere, die 30 martii 1594. Et in *Messanen.* 2 die maii 1601, ad Archiepiscopum : « Quanto agli altari, sotto i quali o nel mezzo sono sepelliti Prelati, o laici, non pare che in modo alcuno si habbia da tolerare, che vi si celebri per l'avvenire, onde voi ci provederete, nisi ossibus amotis sepulcrum terra repleatur. »

Ratio autem est, quia tumulari sub altare est quædam declaratio sanctitatis, nam est honor qui non tribuitur nisi sanctis ab Ecclesia canonizatis.

In primitiva enim Ecclesia ad sepulchra sanctorum præcipue martyrum, et super ossa eorum veneranda erigebantur altaria, ut scilicet sacrificium quod offertur Deo, redundaret etiam ad eorum gloriam.

Nam et *Apocalyps.* cap. 6, D. Joannes scribit se vidisse animas occisorum sub ara. Quem locum D. Augustinus (*Serm. XI de SS.*) interpretatur de visibili ara, dicens : « Videte autem quem locum martyres apud homines mereantur, qui apud Deum locum sub altari meruerunt. » D. Hieronymus, adversus Vigilantium : « Male, *inquit*, ergo facit Romanus Episcopus, qui super mortuorum hominum Petri et Pauli secundum nos ossa veneranda, secundum te vilem pulvisculum offert Domino sacrificia, et tumulos eorum Christi arbitratur altaria. » Et Paulinus *Epist.* 12 *ad Severum* :

Ecce sub accensis altaribus ossa piorum
Regia purpureo marmore crusta tegit.

Eademque est ratio quoad pedule, quia cum hujusmodi scabellum sit altaris, est particeps honoris altaris. Unde etiam qui sepeliuntur sub scabello trahuntur ad participandum honorem altaris. Et ideo si quis sepeliretur sub altari, vel ejus pedule, tribueretur ei honor, qui tribui non potest absque judicio Sedis Apostolicæ.

Itaque sepulcri ostium tribus cubitis distare debet ab altaris peduli, adeo ut ipsum sepulcrum pedule non attingat.

23. Petra dit de son côté [1] :

Ita sepulturæ debent esse remotæ ab altaribus ut sacerdos celebrans non cogatur pedibus insistere super defunctorum corpora, triumque cubitorum intercapedinem inter altaris scabellum et sepulchri ostium mediare debere.

Unde altare erectum super sepultura nequit consecrari, sed prius extrahendum cadaver, imo replendus locus et deinde construendum altare [2].

(1) *In Constit. apost.* tom. II, pag. 108.

(2) Voici les divers décrets de S. Charles auxquels se réfèrent les auteurs précités. On le trouvera dans les *Acta* cités, pages 306, 386, 488 et 100.

« Sepulcra quorum os bradellæ altaris propius est tribus cubitis, ad tres menses obstruantur, humoque injecta oppleantur. Itidem de sepulturis fiat bradellam altaris attingentibus. »

« Sepulcrorum ipsorum ædificandorum ostium longe absit ab altaris scabello ligneo, vel bradella, cubitis ad minus tribus : sepulcra vero ipsa ad scabellum ligneum non pertingant. »

« Ubi sepulcra laicorum propria fieri extruive in ecclesia concessum erit, ne prope altaria, ut Vasensi Concilio cautum est, struantur fiantve, nisi tam longe distent, ut sepulcrale os ab eorum scabello bradellave procul absit spatio saltem cubitorum trium. Nullo sane modo intra chori et cappellæ majoris fines, neque rursus intra cappellarum minorum cancellos exstruantur, quibus a populo celebrans sacerdos separatur. »

« In choro vel cappella majori nullo modo sepulcra fiant.

« Nec vero in aliis ecclesiæ locis prope altaria, nisi tam longe sepulcra distent, ut sepulcrale os a scabello seu bradella altaris procul absit,

24. Cavalieri trouve ces auteurs trop sévères, et voyant que ni le texte, ni l'esprit de la loi ne s'appliquent aux caveaux, il les tolère jusqu'à un certain point [1] :

Sepultura sub altari adeo luculenter evincitur reservata corporibus Sanctorum, ut insimul pateat, quam rite denegetur aliorum corporibus. Quæ si non haberentur, fortasse verba *quorum reliquiæ hic sunt*, quæ post introitum in altaris osculo pronuntiat sacerdos, ex se apta forent de sub altari removere, quorum sanctitas probata non est.

Hæc quoad altare invicte probant ; ex eo autem titulo ad bradellas rite extenduntur, quod ad altare pertineant, et ejusdem sint veluti quædam pars integralis, certe additionalis et appendix, quemadmodum scite ponderant Pignat. et Pasqual. Sepulcrorum distantiam ab altaribus ita describunt *Acta eccles. Mediolan.* (part. II, cap. 26) : « Laicorum sepulcra prope altaria non struantur, fiantve, nisi tam longe distent ut sepulcrale os ab eorum scabello bradellave procul absit spatio saltem cubitorum trium. » Abs re non est ejusmodi distantia, hoc namque ipso reliquum sepulcri ad bradellam minime pertingit, ad quam pertingere nec debere, nec posse credimus. Dictio *prope* contiguitatem designat, unde cum non prope altaria cadavera sepeliri jubentur, sepulcra a bradellarum contactu interdicuntur. Quoniam vero distantia quælibet, vel minima, contiguitatem tollit, haud crederem vetitum intra cancellos cappellarum sepulcra extruere, dummodo ad bradellas usque non pertingant.

Altaria vero, prope quæ, sive sub quorum bradellis cadavera sepulta sunt, non propterea execrantur, seu consecrationem amittunt, sed solum interdicuntur, ita ut in illis celebrare non liceat, donec cadavera in alium deferantur locum, ad quem iisdem asportatis, illico in altari celebrari poterit, quin necesse sit novam eidem adhiberi consecrationem.

spatio saltem cubitorum trium. Quæ autem propius extructa jam sunt, omnino amoveri obstruive decernimus. »

(1) *Operum*, t. III, cap. XVII, in decret. 27.

An vero nedum cadavera alia asportari debeant, sed etiam obturari sepulcra, institui posset quæstio, sed cum decretum dumtaxat cadaverum asportationem esposcat, nec aliter suadeant rationes superius traditæ, nihil ultra exigi posse videtur. Attamen etiam tumbas seu sepulcra implenda esse terra, et sepulcralem lapidem amovendum esse Episcop. Congreg. 15 junii 1635, demandasse auctores referunt. Id quidem satius fieri quisque videt; an autem, si minime fiat, interdictum altare censeri debeat, ego definire non audeo.

25. Tel est aussi le sentiment de la S. Congrégation des Rites. Elle ne tolère aucunement que des cadavres soient enterrés sous les autels, mais quand ils en sont éloignés, l'ouverture du caveau fût-elle au pied de l'autel, elle permet qu'on y célèbre le saint sacrifice.

Continuationis in celebratione missarum in altari nobilis familiæ Renier in ecclesia S. Mariæ de horto nuncupata, sub quo humata reperiuntur cadavera suorum majorum, SSmus confirmando decreta S. R. C. de non celebrando sacrosancto Missæ sacrificio in altari, sub quo sepulta existunt cadavera defunctorum, mandavit Missas non esse celebrandas in altari de quo in precibus, donec sint sub eo ejusque pradella cadavera, quæ exhumari debebunt, juxta mentem decreti quod alias sub die 24 julii 1752, ad similes preces edidit P. Bened. XIV, sic oretenus explicatum R. P. D. Secretario ejusdem Congregationis; concessit ut interim, si Missæ ex aliqua obligatione in eodem celebrari deberent, celebrentur in alio altari. Die 7 julii 1766 in Venetiarum (4183).

In eo altari sub quo, vel sub cujus pradella humata sunt corpora defunctorum, non debet celebrari missa, donec alio transferantur. 13 febr. 1660 in Ord. Min. ad 7 (2699).

Pro parte Episcopi Bertinoren. quæsitum fuit : An ecclesiæ, in quibus corpora mortuorum sepulta sunt, consecrari possint, cum id videatur interdictum in epistolis S. Gregorii Papæ?

S. R. C. respondit : posse rite consecrari, dummodo corpora sub

altare majore sepulta non sint, vel sub confessione, ubi Sanctorum corpora et reliquiæ sacræ locari debent. Die 7 octobris 1606. (179-326).

Episcopus Turritanus petiit : an possit celebrari in altare, sub quo sint sepulta cadavera defunctorum ? Et S. C. respondit : *Non posse*. Die 11 junii 1629 (671-818).

An liceat corpora defunctorum sepelire prope altaria et sub pradellas ?

Et S. C. respondit non licere, sed omnino esse amovenda, et servandam dispositionem sacrorum Canonum, in cap. *Præcipiendum*, 13, quæst. 2 ; nec non Constitutionem S. M. Pii PP. V in *Bullario* novo quintam in ordine, § 6. Die 11 julii 1643. CALAGURITANA (1313).

A. institit injungi Vicario Capitulari, ut amoveat suspensionem a celebratione in altari cappellæ ejus patronatus positam a defuncto Episcopo, ex quo sub suppedaneo altaris condita sint defunctorum cadavera. Et S. C. respondit : *Nihil*. 9 junii 1657 (1681) *Tropien.*

RR. Episcopus diœcesis N. exposuit quod in sua diœcesi plures inveniuntur sepulturæ quæ tribus ab altari cubitis non distant, ut leges ecclesiasticæ statuunt. Quum vero aliæ sepulturæ construi nequeant, ac antiquas removere locum præbere possit offensionibus, præfatus orator a S. R. Congregatione humillime petiit, ut sepulturas jam existentes conservare liceat, sub conditione tamen quod in posterum in earumdem constructione leges ab ecclesiasticis sanctionibus præscriptæ adamussim servabuntur.

Porro eadem S. R. C. rescribere rata est : Corpora defunctorum jam condita in sepulcris, quæ non distant ab altari juxta præscriptiones canonicas, removeantur, si id commode fieri poterit. Posthac vero in iisdem neutiquam sepeliantur. Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 2 aprilis 1875 [1].

Moniales conservatorii S. Nicolai, sub gradibus unius e lateralibus altaribus, habent lapidem operientem os per quod itur ad sepulturam ; sepultura tamen multo distat ab altari : quæritur an sit licitum in hoc altari celebrare ?

(1) *Nouv. Revue théol.*, tom. VII, pag. 370. Tous les autres se trouvent cités aux *Decreta*, v. *Altare*, § 1.

Et S. R. C. respondit : Archiepiscopo Senarum qui, veris existentibus narratis, restituat ad sacrosanctum Missæ sacrificium altare. Die 13 sept. 1870 in SENARUM.

26. En confirmation du sentiment de Cavalieri que nous avons embrassé, nous citerons le décret suivant qui vient de nous être communiqué, et dont nous garantissons l'authenticité. Les cercueils sont placés dans une crypte voûtée située en dessous d'une chapelle dans laquelle il y a un autel. La messe est permise à cet autel, dit la S. C. des Rites.

Ajoutons que, d'après le premier doute, il s'agit d'une chapelle de niveau avec le sol, dont la voûte est surmontée au premier, par un promenoir ou salle de récréation, lequel à son tour est surmonté par les cellules des novices, une voûte séparant aussi le second étage du premier. La S. Congrégation, comme on le voit ici, a permis de continuer à célébrer dans cette chapelle.

Il faut donc, en ces points, comme en beaucoup d'autres, se garder d'appliquer aussitôt les règles ou principes abstraits, mais bien examiner d'abord les circonstances particulières du cas proposé, et s'assurer que les règles y sont bien certainement applicables.

Superior Societatis... Sacræ Rituum Congregationi duo sequentia dubia resolvenda humiliter proposuit, nimirum :

DUBIUM I. Super Oratorium prædictæ Societatis, in quo missæ quotidie celebrantur, atque asservatur sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, adest locus ad ambulandum destinatus, camera tamen lapidea et crassa ab Oratorio ipso separatus, cui loco superstructum est cubiculum pro habitatione Novitiorum. Quæritur an talis locorum dispositio servari possit?

DUBIUM II. In cœmeterio paræciæ sacellum funebre ejusdem Societatis sic ordinatur : in crypta loculi mortuorum ita disponuntur ut sursum in sacello proprie dicto a crypta camera sepa-

rato extet altare, ubi aliquando Missa celebratur. Quæritur an licitum sit in hoc altari sacrosanctum Missæ sacrificium peragere, quamvis in linea recta sint cadavera in crypta, quæ est ab Oratorio prorsus sejuncta?

Sacra porro eadem Congregatio, audita relatione a subscripto Secretario facta, atque inspecto etiam locorum typo, utrique dubio rescribendum censuit : *Affirmative*. Atque ita rescripsit die 27 julii 1878.

Pro Emo et Remo D. Card. Dominico BARTOLINI, S. R. C. Præfecto,

Camillus Card. di Pietro Episc. Ostien. et Velitern.

Locus † sigilli.

DE ANIMATIONE FŒTUS [1].

CAPUT II.

SENTENTIARUM CRITICES.

Priusquam thetice quid de sententiis hucusque enarratis nobis visum fuerit dicamus, verum quæstionis statum rite definire omnino juvat. Certum itaque est atque extra dubium positum, quadragesimo saltem a conceptu die fœtum rationali anima informari. Si jam quæratur utrum etiam die antecedenti in eodem hoc subjecto præsens fuerit, præsumptio utique stat pro affirmativa. Qui contra dicere velit, negativæ suæ sententiæ argumentum præstet. Itidem sane sentiendum, si de trigesimo die vel vigesimo vel de ipso conceptus instanti agatur. Quare possidere a priori putamus sententiam jam communissimam, rationalem scilicet animam a conceptu vindicantem. Quam sententiam et nos, cæteras præcludendo, argumento quasi præscriptionis primo vindicabimus, positivis deinde argumentis eamdem confirmaturi.

PROPOSITIO I.

Nihili jam facienda est, utpote falso innixa principio, sententia docens masculos fœtus citius, nempe quadragesimo circiter die, fœmineos serius, scilicet die octogesimo informari.

Decl. — Omni fundamento carere discrimen, quod excogitarunt veteres circa animationis tempus inter mares et

(1) V. ci-dessus, pag. 163.

feminas, Lessius [1] jam aliique animadvertebant. Et quidem recte, cum scientiæ progressus falsum esse demonstraverit Aristotelis assertum [2], quod Patribus quibusdam et scholasticis, ut sententiam istam amplecterentur, persuasit. Docebat enim Philosophus mares fœtus die quadragesimo discreta sua membra habere, femineos versus nonagesimum. Porro res inconcussa jam est nec illo nec isto die, sed elapso tantum quarto a conceptu mense, utrum fœtus masculinus vel femineus sit, discerni posse [3].

Quoad argumentum autem ex præcepto Levit. XII, 6, desumptum, vix est cur dicamus illud nihil probationis ad quæstionem nostram habere. Cæteroquin ejusdem præcepti, ait S. Cyrillus, « difficilis est sensus nec facile percipi potest [4]. »

PROPOSITIO II.

Nulla probabili ratione sustinetur doctrina docens, quod rationalis animæ infusionem duæ aliæ animæ præcedant, vegetativa scilicet et sensitiva; imo plura ad eamdem respuendam suadent.

Decl. — Sententiam istam Goudin Ord. Præd. ait : « Non constare, tametsi S. Thomas eam successionem, ut ævo suo communiter receptam, supponat [5]. » Zeph. Gonzales, ex eodem Præd. Ord. præclarus philosophus : « Tanquam omnino

(1) *De Justitia et jure*, l. II, c. 9, dub. 10.

(2) Vide superius relata, p.174 et seq.

(3) *Manuel de médecine légale*, p. 156, etc. Ob hanc utique rationem maternum fructum ante quintum mensem *embryonem*, postea *fœtum* strictius physiologi nuncupant (V. Fort, *Anatomie)*.

(4) *De Sp. et verit.*, l. XV.

(5) *Phys.*, pars IV, q. 1, a. 3. Utrum autem doctrina hæc reapse fuerit aliquando communis, ex superius dictis, et hcic a Gonzales fatendis judices.

improbabilem, *dicit*, rejicimus *quorumdam* veterum et scholasticorum opinationem, qui fœtus humani animationem per tres animas sibi succedentes, vegetativam nempe, sensitivam et rationalem, explicare conabantur. Namque ut alia omittam, probatis constat observationibus et experimentis fœtum in utero matris, paucis post conceptionem diebus, formam, speciem et organizationem humani corporis oculis ipsis offerre. Deinde si illi ipsi qui tres animas fingunt, simul concedunt vegetativæ vitæ opera ab anima rationali prodire, quanam de causa concipere et concedere nequeunt, hæc ipsa vitæ vegetativæ opera, a rationali anima in embryone originem ducere[1] ? »

Rationes autem, quibus sententia ista innititur, ita Coimbricenses enuntiant[2] : « Nam fœtus confestim post conceptionem nutritur sanguine, quem ei mater per venam umbilicarem ad id muneris destinatam transmittit, atque interim nullam sentiendi præbet significationem. Deinde aliquot post diebus moveri incipit, etsi tenui et obscuro motu..... quod pertinet ad animam sensitivam. Tandem efformatis jam ad humanam effigiem membris formam, cujus ea instrumenta sunt, accipit, id est animum rationalem (?) quo in specie hominis reponitur.

« Quod autem conveniens sit dari hujusmodi progressum in generatione hominis, confirmat D. Thomas exemplo quorumdam animantium, quæ ex putri materia oriuntur (!), ubi primo quidpiam vivens imperfectius, deinde aliud melioris notæ, nempe animal, emergit.....

« Si dicas præcedentes animas frustra poni : neg. est : poscit enim ordo naturæ, quæ ab imperfectis ad perfectiora

(1) *Philosophia elem.*, 1868, 1, p. 479.
(2) *Loc. cit.*

procedit, ut materia sensim et quasi per gradus ad melioris formæ susceptionem promoveatur [1]. »

Utrum in his non apodicticam dico, sed etiam probabilis demonstratio habeatur, ipse judices, cum ego præter gratuita et etiam antiquata asserta ibi nihil inveniam.

Quæ igitur superius Zeph. Gonzales scripsit, heic sufficiant.

2. In alteram propositionis partem hæc ex Fieno transcribimus : « Si in semine primo esset vegetativa (anima), inde sensitiva, inde rationalis, sequeretur illum, qui nunc est homo, prius fuisse plantam, postea bestiam, et tandem esse factum hominem : hoc est absurdum. Ergo.

« Hoc argumentum student omnes eludere : sed nullus ejus vim potest evadere. Solet responderi, ideo non posse dici fuisse plantam, quia homines appellatione plantæ intelligunt aliquod corpus viride crescens in terra, habens radices, folia, ramos, etc.; et ideo non posse vocari bestiam aut brutum, quoniam homines per brutum intelligunt aliquid per se subsistens, habens pedes, caput, caudam, alas, etc. Talis non est embryo, cum habet animam vegetativam aut sensitivam : quare merito non potest vocari planta aut brutum. Verum responsio non sufficit; quia non est quæstio an sic possit vulgo appellari, parum enim curo appellationem, sed an vere et essentialiter sit. Certum autem foret tunc hominem essentialiter esse plantam : quod absurdum non modo dictu, sed et cogitatu est. Nam ad hoc ut aliquid sit essentialiter hæc vel illa res, nihil amplius requiritur quam ut habeat essentialiter illius rei formam et illius formæ actiones, id est habeat actum primum et secundum ; nam quid aliud requiritur ? Ne-

(1) Alii, ut thesim eamdem probent, exemplum afferunt amygdalarum, quæ prius habent aqueum humorem, deinde duriorem cum quo educitur nuclei forma (!). V. Florent. disp. 1, sect. 2.

quidem requiritur actus secundus, sed sufficit primus. Atqui embryo, cum habet animam vegetativam, vere et essentialiter habet formam plantæ et habet illius formæ operationes, nimirum nutritionem, attractionem, retentionem, quæ sunt operationes animæ vegetativæ, ideoque actum primum et secundum. Ergo vere et essentialiter est planta : et sic de anima sensitiva.

« Respondent ideo non esse vere plantam aut brutum, quia est ens in via et ens incompletum et ens in ordine ut fiat aliud : qualia non sunt illa quæ vere planta et brutum appellantur. Quia illa sunt entia completa, per se subsistentia, et semper in illo statu manentia et non habentia ordinem, ut unquam in aliud vivens commutentur, aut unquam recipiant animam superiorem. Verum non satisfacit responsio : quia parum est unum habere ordinem ad aliud, et fieri aliud, alterum non : quia propter habere ordinem ad aliud vel non habere, et posse fieri aliud vel non posse, non est magis vel minus id quod est. Nam tamdiu saltem quam manet sub illa forma prima, est essentialiter id cujus forma præditum est. Multa sunt entia imperfecta ordinata ad hoc ut convertantur in aliud perfectius, et tamen quamdiu manent sub forma primi entis, tamdiu vere et essentialiter sunt illud quod sunt; et sunt illud primum ens. Chylus, sanguis, lac, medulla, semen, sunt entia incompleta, quia eorum forma tendit ad hoc ut acquirat aliam nobiliorem ; et nihilominus tamen, interim quam illam formam ultimam non acquisiverunt, sunt revera id cujus formam habent, et sunt revera chylus, sanguis, lac, medulla, semen. Porro si homo est primo planta, postea brutum, qualis planta est et quale brutum ? Et sub qua specie plantæ vel bruti continetur ? Non enim est universale, aut planta in communi, sed hæc vel illa, ac sub aliqua determinata specie contenta. Qualis ergo planta est ? An herba, an

frutex, an arbor, an Φρυγανον? Et demum quale brutum? an avis, an piscis, an animal quadrupes, an Ζωοφυλον? Absque dubio deberet referri ad aliquam speciem nobilissimam; eo quod dispositiones per quas sit planta in homine sint longe excellentiores illis per quas fit planta extra hominem : esset ergo verosimiliter vel canis vel equus, vel elephas, quia illa sunt inter animalia nobilissima. »

Hæc aliaque plurima Fienus [1]. Similia apud Zacchiam, Lupum aliosque invenies, qui acutissimo passim stylo contra hujusmodi trium animarum se mutuo destruentium systema scripserunt [2]. Nobis hucusque dicta eo vel magis sufficiant, quia neminem fere hodie invenies qui doctrinam eamdem jam antiquatam esse non fateatur.

PROPOSITIO III.

Neque ex S. Scripturis, neque ex ecclesiastica Traditione ullum quid profertur, quo probabilis demonstretur sententia affirmans rationalem animam minime conceptus instanti, sed tunc tantum infundi, quando corpus formatum invenitur.

Decl. — 1. S. Scripturarum loca, in quibus juxta veteres nos edocemur animam nonnisi in corpus jam formatum infundi, sunt : Exod. xxi, 22 et 23 ; et Job, x, 10, 11 et 12, comparato Genes. ii, 7.

(1) *De form. fœtus*, q. viii, p. 161 et seq.

(2) Ita ex. gr. Christ. Lupus, Ord. Eremit. S. Aug. doctor : « Quis fateatur se quandoque brutum fuisse et bestiam? Quis credat se ex bruto factum esse hominem? Lepida sane metamorphosis! Credant illam illi, quibus bestialitatis ac inhumanitatis adhuc insunt purgandæ reliquiæ : Ego sane, qui nihil bestialitatis habere, sed purus homo esse velim, me aliquando brutum fuisse non credam : multo minus id ore dicam, vel calamo scribam; absurdum ergo est etiam illud antecedens ex quo tam præclarum infertur consequens. » *Apologia pro anima sensitiva ovi*, Op. in fol. vol. 12, p. 311, n. 26.

Inter recentiores et hodiernos etiam cum nonneminem [1] audiam qui Scripturisticum hujusmodi argumentum non spernendum esse pronunciaverit, istud silentio præterire non possumus.

Verba itaque Exodi jam superius relata, apud LXX interpretes ita leguntur : « Sin autem rixentur duo viri et percusserint mulierem in utero habentem, et exierit infans ejus non formatus, mulcta mulctabitur, prout indixerit vir mulieris ; dabit cum postulatione. Si autem formatus fuerit, dabit animam pro anima. »

Ast « hæc LXX interpretum versio, non versio est, sed commentatio gratis et ex proprio marte facta. » Ita, duce S. Augustino, egregius Zacchias. Et re quidem vera longe aliter originalis lectio atque authentica vulgata nostra habent. Hebraicus enim textus ad litteram ita vertitur : « Et cum rixati fuerint viri et percusserint mulierem prægnantem, et egressi fuerint nati ejus et non fuerit mors (ולא יהיה אסון), puniendo punietur, quemadmodum imposuerit super eum dominus mulieris, et dabit judicibus ; et si mors fuerit (דאם־אסון יהיה), dabis animam pro anima. » Ita legit textus Samaritanus, Targum Onkelos, versio syriaca et arabica ; demum et ipsa nostra authentica vulgata.

Cæteroquin hæc consideres velim : *a*) Ipse LXX textus non inter animatum fœtum et inanimatum distinguit, sed inter formatum seu perfectum (ἐξεικονισμενον, ab εἰκον, figura) et non formatum seu imperfectum. Porro etiam elapso quarto vel quinto, a conceptu mense, ut animadvertit Cangiamila, fœtus adhuc non formatus dici potest, licet sit animatus. Ulterius

b) Non causa hic agitur de abortu directe et propter se,

(1) Vid. S. Alph. Lig. L. I, n. 394, q. 3 ; P. Liberatore, *dell' anima umana*, p. 267.

sed indirecte et per accidens procurato, occasione nempe rixæ quæ inter viros duos obtinuerit. Unde mitigandam pœnam esse Scriptura decernit, prout formatus vel non formatus fuerit fœtus, cum ex prioris tantum, minime vero ex alterius in materno sinu præsentia prægnatio animadverti possit. Quare et ipse Zacchias ait : « Maxima cum ratione sancitum est quod majori pœna subjaceat procurans abortum provectioris fœtus,.. ob certitudinem prægnantiæ. »

Apud Job, x, 10, hæc leguntur : « Nonne sicut lac mulsisti me et sicut caseum me coagulasti ? Pelle et carnibus vestisti me, ossibus et nervis compegisti me : vitam et misericordiam tribuisti mihi. »

Ergo, aiunt, nonnisi formato corpore Deus infundit vitam seu animam.

Porro, ita subsumo, fœtus humanus pelle, carnibus, ossibus et nervis nonnisi ad prægnationis mensem ultimum vestitus invenitur [1]. Ergo tempore anteriori anima rationalis defuisse dicenda foret, quod est absurdum.

Dicendum itaque, uti jam Pineda animadvertebat [2], B. Jobum expositive hominis ortum describere, minime vero chronologice enarrare generationis operationum successionem. Unde non natura tantum, sed et tempore animam corpori esse posteriorem ex ejusdem verbis ulla ratione probatur.

Demum auctores iidem hoc modo disputant :

In prima hominis creatione, ut ex comparatis v. 9 et 10 Job apparet, prælusit Deus ejusdem naturali propagationi. Atqui juxta Patres plurimos [3], ita ex luto Adæ creatio facta

(1) V. *Manuel de médecine légale*, cujus auctores ita aiunt : « Un noyau d'ossification de la grandeur de *un millimètre* indique que la conception date de 37 à 38 semaines (260 jours). »

(2) *Comment. in Job.*, ibi.

(3) S. Aug. 1 *Retr.* c. 10 ; *De Civ. Dei*, L. XII, c. 24 ; Chrys. *hom.*

est, ut prius tempore exterius interiusque formatum et organizatum fuerit corpus, et deinde inspiratum spiraculum vitæ. Ergo sic et in hominis generatione res obtinet.

Resp. *Ad maj.* Ex verbis Job gratuita deducitur hujusmodi prælusionem in ordine præcise ad id de quo nunc quærimus. Hoc sensu itaque neganda major.

Ad min. Si Patres plurimi ita senserint, alii etiam plures [1] oppósitum docuerunt. His adnumerandus est S. Thomas, aiens : « *Quidam* intellexerunt corpus hominis prius tempore formatum, et postmodum Deum formato jam corpori animam infudisse. Sed contra rationem perfectionis primæ institutionis rerum est, quod Deus vel corpus sine anima vel animam sine corpore fecerit, cum utraque sit pars humanæ naturæ [2].»

Ex Scripturis itaque profertur nihil quo sententia de animatione conceptus instanti excludatur.

2. — Ad Traditionem quod attinet dicendum est, de hac re nullam dari quæ vel divina vel divino-apostolica dici possit. « Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, et nescis unde veniat aut quo vadat. » Ita juxta plures [3], de origine animæ ad Nicodemum Christus Dominus dicebat, inscitiam ejus redarguens, nunquam tamen eam correcturus.

Traditio vero ecclesiastica, si in primo fonte h. e. apud Patres vetustissimos eam quæras, te id potius docebit nempe « animam ab initio esse, quia ab initio vita. » Quomodo sub medicorum doctrinæ influxu opposita sententia postea prævaluerit, in superius dictis habes. Ecclesia autem licet in sta-

12 *et* 13, *in Gen.*; Hil. *in Ps.* 118; Cypr. *ep.* 64 ; D. Bonav., *in* 2, d. 17, n. 3.

(1) Greg. Nyss. *De Opif. hom.*, c. 28 et 29 ; Damasc. L. II, *de Fide*, c. 12 ; ipse S. Aug. *De Gen. c. Manich.* L. II, c. 8.

(2) 1, P. q. 91, art. 4, ad 3. Cf. Suarez, *de Op. sex dierum*, L. III, c. 1, n. 13.

(3) Hug. Card. ; Salm. ; Maldon. ; Corn. a Lap. etc. Vid. Lorin.

tuendis pœnis sententiam istam utpote communem simul et mitiorem secuta sit [1], eam tamen speculative approbare nunquam censuit. Immo monimenta ecclesiastica non desunt ex quibus, ut infra dicemus, antiquiorum Patrum orientalium doctrina non obscure comprobetur.

PROPOSITIO IV.

Qui auctores hodierni, veterum causam strenue agentes, animationem in ipsius conceptus instanti fieri non posse contendunt, nullam hucusque suæ thesis vere demonstrativam rationem protulerunt.

Non deesse hodierna etiam die scimus auctores « quosdam capulari dogmatum vetustati affixos[2] » qui, stante physiologiæ scientiæ progressu, admitti non posse putant et contendunt, Deum humano fœtui vix concepto rationalem animam infundere. Argumenta autem quæ proferunt ponderare hic debemus.

Argum. I. « Sicut formato organismo humano omnis subsequens processus habet rationem augmenti, ita omne prævium, quod tendit ad organismum formandum, rationem habet generationis.

Porro forma nunquam est principium, sed terminus generativi processus.

Ergo anima humana non creatur in corpore, nisi quando istud ad essentialem sibi propriam organizationem pervenerit.

Minor probatur ex eo quod processus generativus sit via ad esse, et esse constituatur per actuationem formæ : « genera-

(1) Ubi de pœnis agitur, lex inquit : « In dubiis quod minimum est sequimur. »

(2) Vide supra, p. 182.

tio, juxta S. Thomam (*De Potentia*, q. III, a. 12), non sequitur, sed præcedit formam substantialem [1]. »

Resp. *Ad Maj.* Nego vel transmitto. Sane distinctio ista temporum talis in rei natura minime datur, ut unquam ulla hora vel instanti dici possit : Hic cessat generatio et incipit simplex augmentum. A conceptu processus, qui in ovulo fœcundato obtinet, rationem habet augmenti simul et generationis. Initio enim punctum seu corpusculum in ovulo apprehenditur, quod virtualiter omnia et singula organa in se continet, quodque sensim sine sensu crescit, et humanam formam induit. Augmentando itaque generantur seu formantur organa. Rursus nec post diem etiam quadragesimum una ratio augmenti invenitur, cum falsum sit organa substantialiter tunc existere, ita ut generationis seu productionis ratio nulla amplius adsit. Cæteroquin ex apposito schemate ipse judices sub qua forma humanus embryo quadragesimo circiciter die se exhibeat et quam auctores fere ita describunt :

SCHEMA.

Humanum fœtum quadragesimo circiter die a conceptu repræsentans.

A B

A. Moles realis fœtus.

B. Moles amplificata ejusdem.

(1) Ita cl. P. Liberatore, *Dell' anima umana*, p. 268, ex quo libro cetera etiam argumenta transcribimus.

« La longueur de l'embryon est d'environ 20 millimètres (l'œuf qui le renferme en a 38 à 40). La tête à peine distincte du thorax forme la moitié du tronc. Le thorax et l'abdomen ne forment qu'une seule cavité. Les intestins ne sont pas encore distincts pas plus que les organes génitaux. Sur les côtés du tronc on voit quatre tubercules irréguliers, placés deux du côté de la tête et deux autres du côté de l'extrémité libre. Les premiers sont l'origine des bras, et les seconds celle des membres inférieurs. L'embryon est alors courbé sur le point par lequel il tient à ses enveloppes, ce qui l'a fait comparer à une fourmi par Aristote [1]. »

Ad Minorem ejusque probationem, itidem negandi totum cuique jus datur, cum nulla ibi inveniri sit demonstrativa ratio. Effatum enim scholasticum, cui argumentum integrum innititur, inconcussum axioma minime est; quare et ipse Angelicus, postquam illud enunciaverit et dixerit, generationem præcedere formam substantialem seu animam, statim subdit : « nisi forte dicatur quod corporis sit alia forma substantialis præter animam. » Ita autem citra omnem errandi in materia formidinem scotistæ dicebant, necnon quamplurimi hodiedum dicunt.

Argum. II. « Vitale principium non est forma corporis cujuscumque, sed corporis organizati. Ergo ante organizationem est impossibile ut actuet corpus ; quia non invenit in ipso subjectum sibi proportionatum et debite dispositum. »

Resp. *Dist. Anteced.* Corporis organizati saltem virtualiter seu initialiter, Conc. — Exclusive organizati perfecte et organis plane formatis et distinctis, Nego. Hoc sane probandum foret.

Ad consequentis probationem, dicendum probationem nullam esse, sed iteratam affirmationem ejus de quo quæritur.

(1) Ita Brachet, *Manuel de médecine légale ;* Manzoni, etc.

Arg. III. « Forma non potest communicare esse materiæ, nisi quando potest ipsi communicare correspondentes operationes.

Atqui operatio animæ, qua talis, est vita, et ad exercitium vitæ necessarius est organismus.

Ergo ante formationem organismi esse, quod anima communicaret corpori, non haberet finem. »

Resp. — Transeat Major.

Ad Minoris primam partem, Dist... est vita in actu primo, Conc. — In actu secundo, subdist. tum vita vegetativa, et animalis, et rationalis, nego ; saltem vegetativa aut animalis, conc.

Ad Minoris secundam partem, Dist... est necessarius organismus ad vitam adæquate in actu secundo exercendam, conc. — Ad vitam saltem vegetativam exercendam ; subdist. : est necessarius organismus initialis, seu corpusculum aliqua ratione organicum, quo nutritio fiat et assimilatio et augmentum, conc. Est necessarius organismus perfectus seu necessaria sunt organa distincte formata, nempe cerebrum, cor etc., nego. Hoc foret probandum, et meris, gratuitis et repetitis affirmationibus sat nobis non probatur.

Inst. « Responsio est sine valore, eo quia omnis forma sicuti est principium esse specifici, ita est principium operationis specificæ. Ergo anima humana non potest communicare corpori vitam vegetativam quamcumque, sed solum propriam animalibus mammiferis. Ergo donec organismus, qui pro tali vita tanquam instrumentum inservire debet, non sit formatus, in suis variis partibus saltem principalibus, nequidem vita vegetativa posset ab anima humana communicari. »

Decl. Integra hujusmodi ratiocinatio reducitur ad hoc : Ad vitam vegetativam, uti convenit speciei humanæ, requi-

runtur organa saltem principalia, quæ sunt ejusdem vitæ instrumenta. Ergo.

Resp. — Dist. Anteced. Ad vitam vegetativam, uti individuis humanis independentibus seu jam natis convenit, requiruntur organa distincta, conc. In individuis nondum natis seu fœtibus, nego, vel subdist. Requiritur organum saltem initiale seu rudimentale, quo anima fœtus nutritivam substantiam, quæ sibi præsto est, appropriet et assimilet, conc. — Organa formata et distincta, nego. — Sane si verum esset quod objicitur, dicendum foret nonnisi post menses plures, vel etiam post partum, tantum animam infundi. Inter principales enim vitæ vegetativæ, uti speciei humanæ convenit, recensetur utique *digestio*. Sed sciunt omnes nondum natos non digerere; nec etiam organon ad hoc destinatum per primos menses habere. Vivunt tamen et, fatentibus omnibus, post mensem saltem anima rationali informati sunt.

Arg. iv. — Arguit demum idem auctor ex similitudine quæ consueto obtinet inter parentes et filios, quæ intelligi non potest nisi admittatur corpus formari, non ab anima recenter ex nihilo creata, sed a virtute [1] quæ inest semini.

Respondendum hic est, secundum id quod in superiori disputatione dicimus, rationem omnimodam similitudinis istius nos non cognoscere. Ast ex facto hoc physiologico in adversariorum sententiæ favorem argumentum ullum deduci posse negamus, imo contra eos valet. Sane filios non ad parentes, sed ad cognatos similitudine sæpe accedere experientia testatur.

(1) Auctor cl. in opere alio, *Del composto umano*, integrum D. Thomæ de tribus animabus sibi succedentibus defenderat. In libro autem ex quo ista desumimus, aliter docet aiens : « La virtù formativa comunicata al seme dal generante è quella che costruisce l'organismo, e non l'anima che viene da ultimo per informarlo. » (p. 264). Quis non miretur artem et solertiam virtutis istius seminalis, humanæ animæ solertiam et artem tam mirabiliter superantis !...

versibus et responsoriis, quæ in evangelio lecta genuflexionem repetunt, ut *Verbum carofactum est*, et alia, videtur standum. Sed quando ad Evangelium dicuntur, genuflectendum est. » Ce sont, pensons-nous, les seuls auteurs qui soient entrés dans ce détail [1]; mais pour ce qui est de l'*Angelus* récité en chœur, nul liturgiste n'indique la génuflexion pour le dernier verset, et nous croyons de plus que cette génuflexion ne se fait dans aucune communauté. Ecoutons ce que dit Tetamo [2] : « Præfata eadem cæremonia standi ad orationem in dominica consuevit insuper usurpari ad significatam orationem, seu salutationem angelicam, ut nuncupari communiter solet, quæ in honorem SS. Dei Genitricis, et ad recolendum mysterium Incarnationis dominicæ, quotidie recitatur ad pulsum campanæ, ut notum est, in aurora, in meridie, et post occasum solis. Dicta igitur oratio, seu salutatio beatissimæ Virginis recitanda est erecto corpore, a sabbato sero, usque ad dominicam sero. » Et un peu plus loin, il dit encore [3] : « Non stare, cum ad salutationem B. Virginis, ad pulsum campanæ standum est, nullum esse peccatum, secluso tamen contemptu consuetudinis hujusmodi ecclesiasticæ. Etsi omnino standum sit ad consequendas indulgentias concessas a Benedicto XIV salutationem hujusmodi recitantibus. Itaque sa-

(1) Depuis nous avons trouvé la même règle établie par d'autres liturgistes. Cuppini, *Instr. liturg.* pag. 335 : *De chori diciplina*, enseigne que le chœur se tient debout ou se lève, dans les répons, à des paroles qui, lues à l'évangile de la messe, exigent la génuflexion. « Omnibus item standum est, ad R. 8 in die Nativitatis Domini ; ad R. 7 in dominica infra ejus octavam ; ad R. 8 per totam octavam Epiphaniæ ; quæ dum leguntur in missa, genuflexionem postulant. » Faisons observer que le doute exprimé dans la phrase de Bauldry, *videtur standum*, roule uniquement sur le point de savoir s'il faut se lever alors, ou si l'on peut rester assis. Qu'on ne doive pas s'agenouiller, cela ne fait pas l'ombre d'un doute.

(2) *Diarium liturg.* tom. I, *Notanda in Dominica*, num. 65.

(3) *Ibid.*, num. 68.

lutatio angelica ad pulsum campanæ quotidie recitari solita, recitatur stando in dominica a primis vesperis, seu post solis occasum diei sabbati, usque ad occasum solis inclusive diei dominicæ : quam conditionem requirit laudatus Pontifex ad lucrandam indulgentiam ab eo concessam recitantibus illam. Ita quidem ratione indulgentiarum : par se autem nullum erit peccatum, si flexis genibus recitetur. »

La rubrique qui ordonne de s'agenouiller aux paroles *Et Verbum caro factum est* ne nous paraît donc pas comprendre les chants extraliturgiques, et conséquemment le chœur restera debout pendant le chant entier de l'*Angelus* après les vêpres, ou le salut.

Ad II. Voici ce que nous trouvons sur ce point dans les auteurs : « Finita missa solemni defunctorum, fit per circuitum ecclesiæ processio pro absolutionibus ad sepulchra et ad cœmeteria, juxta ecclesiarum consuetudinem. In his canuntur vel responsoria nocturnorum, veluti *Credo quod redemptor*, vel aliqua stropha sequentiæ *Dies iræ, dies illa*. Deinde clero ad sepulchra pervento, et a cantoribus intonato *Kyrie*, etc. celebrans subjungit *Pater noster*, interim aspergendo et thurificando, et cantatis versiculis *Et ne nos*, *A porta inferi*, concludit cum oratione desumpta ex collectis in fine Missalis positis, dummodo non sint ex secretis, nec respective conveniant ad particularem absolutionem alicujus defuncti eo in loco tumulati. Pro generali tandem absolutione ad tumulum in medio ecclesiæ, canitur responsorium *Libera me*, cum oratione *Fidelium*, vel *Absolve* in plurali, quæ terminari debet cum conclusione brevi. Deinde dictis versiculis *Requiem æternam*, et *Requiescant*, super lecticam seu castrum doloris, nil aliud est superaddendum in commemoratione omnium fidelium defunctorum. » Ainsi s'exprime Bragalia [1].

(1) *Annotat. in rem liturg.* tom. 1, pag. 198.

Cuppini est un peu plus détaillé et se rapproche davantage de Bauldry[1]. « Et quoniam in die commemorationis omnium fidelium defunctorum fieri solent absolutiones ad sepulchra et cœmeterium, ideo post missam ordinatur eodem ritu processio, ut dictum est supra. Ad sepulchra cantantur responsoria nocturnorum, vel saltem versus aliqui, et distribuuntur ad singula, incipiendo primo *Credo quod*. In fine cujuslibet dicitur *Requiem æternam* usque ad *luceat eis*, deinde repetitur *Et in carne mea;* quod idem fit de aliis. Sacerdos interim ponit incensum in thuribulum ut sufficiat etiam pro aliis absolutionibus, dempta ultima, juxta Certanium, pag. 180, n. 24. Cantato ultimo *Kyrie eleison*, dicit *Pater noster*, et stans ter aspergit, ac thurificat in medio, a dextris et a sinistris; tum junctis manibus dicit *Et ne nos*, aliosque versiculos et unam ex orationibus Missalis congruentem, non tamen ex secretis, cum brevi conclusione. Omnibus peractis absolutionibus, cantatur in medio ecclesiæ ad tumulum, seu pannum stratum ℟ *Libera me, Domine*, incensum iterum imponitur, et sacerdos cum ministris, aspergendo et thurificando tumulum circuit. Dicitur oratio *Fidelium* vel *Absolve*, plurali numero cum brevi conclusione, deinde ℣ *Requiem æternam* et *Requiescant in pace. Amen.* Sed nihil præterea superaddendum, omnesque solito processionis ordine in sacristiam, silentio facto, revertuntur. »

Bauldry qui, le premier, est entré dans tous ces détails[2], fait remarquer que la dernière absoute doit toujours se faire à la représentation placée dans l'église, par le chant du *Libera me*, et que c'est elle qui termine la procession.

(1) *Instructiones liturgicæ*, pag. 177, n. 39.
(2) *Manuale sacr. cærem.* part. IV, cap. 18, num 17 et ss.

Notre abonné trouvera abondamment dans ces citations, de quoi résoudre ses doutes.

Ad III. Merati nous fournit la réponse à ce doute, dans les termes suivants [1] : « 7 maii, S. Stanislai, a Clemente VIII restituitur anno 1595, a quo et ritus semiduplex et officium decernitur. « Nunc vero dictum officium est elevatum ad ritum « duplicem a S. R. C. die 10 martii 1736, approbante Cle- « mente XII, Summo Pontifice, die 13 ejusdem mensis et « anni. » Il n'y a donc pas de doute, il faut lire Clément XII. Ce n'est pas, du reste, la seule inexactitude qui se soit glissée tant dans ce Bréviaire, que dans beaucoup d'autres même les plus estimés.

Ad IV. Ce passage de S. Ambroise a fait suer maints savants, et, néanmoins, peu d'entr'eux ont réussi à en donner une explication satisfaisante. Nous croyons cependant que Mgr Sarnelli, Evêque de Biseglia, dont les lettres ecclésiastiques forment un trésor précieux d'érudition religieuse, est parvenu à en donner le sens véritable. Voici donc ce qu'écrit le savant Evêque [2].

Pour bien comprendre ce passage, il faut se reporter à un verset du livre de l'Ecclésiaste, auquel S. Ambroise fait allusion [3]. « Da partem septem, necnon et octo, quia ignoras quid « futurum sit mali super terram. » Ce que Carrière traduit ainsi : « ℣ 1. Répandez votre pain sur les eaux qui passent, « parce que vous le retrouverez après un long espace de temps. « 2. Faites-en part à sept ou huit personnes, afin de vous « faire un plus grand nombre d'amis, parce que vous ignorez « le mal qui doit vous arriver sur la terre, et le besoin de « protection que vous pouvez trouver. »

(1) In Gavantum.
(2) *Lettere ecclesiastiche*, tom. v, lett. 54, Tom. I, pag. 106 et ss.
(3) Cap. XI, v. 2.

Le Sage recommande donc de faire l'aumône au plus grand nombre possible de pauvres, ainsi que l'explique S. Grégoire de Nazianze dans l'oraison funèbre de son père [1] : « Revera tanquam alienorum bonorum procurator de bonis suis cogitabat, pauperum inopiam, quam maxime poterat, sublevans, nec superflua dumtaxat, sed accessoria quoque in eam rem sumens, partemque dans non septem dumtaxat, velut Salomonis lex præscribit, verum si octavus etiam accederet, libentius sua profundens, quam alii acquirant. »

Outre cette explication littérale, les Saints Pères en donnent une autre symbolique ou mystique. C'est ainsi que S. Grégoire dit [2] : « Partes simul septem et octo damus, quando sic ea quæ septem diebus evolvuntur, disponimus, ut per hæc ad bona æterna veniamus. » Les sept pauvres représentent les sept jours de la semaine, ou la vie présente, et le huitième la vie éternelle. S. Ambroise dit aussi, en parlant des sept frères Machabées et de leur mère, qui faisait la huitième [3] : « Quam splendida lucerna Ecclesiæ septeno fulgens lumine, et octavo utre luminibus oleum subministrante, de quibus pulchre dicitur : « Da partem illis septem, et illis qui-« dem octo ; » eo quod in utroque consortium gratiæ consequantur, in lege nutriti, per gratiam coronati, septem tanquam in sabbato, octo tanquam in evangelio. Pia mater supplemento passionis adjuncta, quæ in talibus filiis integram pietatis formam et parturivit et peperit. »

On voit d'après cela, que le nombre huit représente la perfection, le couronnement, et c'est cette idée que veut exprimer S. Ambroise dans le texte dont on nous demande l'interprétation. Le Sage, dit-il, nous avertit de donner une part à

(1) *Orat.* 19.
(2) *Homilia* 16 *in Ezechielem.*
(3) Lib. II, de *Jacobo*, cap. II.

ces huit, qui sont, sans doute, les bénédictions ou béatitudes, *fortasse benedictionibus*. Nous ne devons pas nous borner à nous adonner à la pauvreté, à la douceur, à la componction, à la justice, mais il faut nous adonner à toutes les huit béatitudes : *Mandatum accipis partem illis octo dare*. Parce que là gît la perfection. Car, ajoute-t il, comme le nombre huit représente le complément de nos espérances, ainsi le même nombre renferme le total des vertus. « Sicut enim spei nostræ octava perfectio est : ita octava summa virtutum est[1]. »

Les frères Macri donnent du même passage, après Jansénius, une explication qui diffère un peu de celle de Sarnelli[2]. « Jansenius ait quod in iis psalmis, in quibus præfatus titulus *Pro octava* habetur, semper de universali judicio mentio fit, post quod sequi debet mystica octava, id est æternæ quietis Beatorum in anima et corpore glorificatio ; quo sensu faciliter verba Ambrosiana, lib. I, in cap. 6 Lucæ, alias vix intelligibilia, enodantur. Ubi sanctus Doctor de æterna beatitudine agens, inquit: « Sicut enim spei nostræ octava perfectio

(1) Cornelius a Lapide, dans son commentaire sur l'Ecclésiaste, avait longtemps avant Sarnelli, donné cette interprétation, et il la donne en termes si clairs qu'il est impossible de ne pas la saisir du premier coup. Voici comme il s'exprime (Pag. 315, édit. Anvers 1638) : « Tropologice S. Ambrosius, in cap. VI Lucæ, explicans octo beatitudines, iis hunc locum applicat. *Mandatum accipis*, inquit, *octo illis dare partem fortasse benedictionibus*, id est beatitudinibus, ut scilicet partem vitæ demus exercendæ paupertati, quæ est prima beatitudo a Christo proposita, partem mansuetudini, quæ est secunda beatitudo, et ita de cæteris. Causam subdit : *sicut enim spei nostræ octava perfectio est, ita octava summa virtutum est ;* quasi diceret : sicut spes nostra, id est, vita æterna, quam speramus, perficietur in octava resurrectionis, cum reipsa vitam æternam quam speramus adipiscemur, ita octava beatitudinum est summa virtutum : id est, octo beatitudines sunt summa perfectio et culmen virtutum omnium. Dato igitur, ac stude beatitudinibus, ut eas secteris, connitaris ad octavam id est perfectionem virtutum, ac per eam assequaris octavam gloriæ in beata resurrectione. »

(2) *Hierolexicon*, v. *Octava*, pag. 394, edit. Veneta, 1735.

« est, ita octava summa virtutum est. » Dixerat enim ante : « Et mandatum accipis octo illis partes dare for- « tasse benedictionibus, » id est, cum benedictionibus, nempe cum eleemosynis, nam benedictio, ut suo loco dictum est, quandoquidem eleemosynam significat, quibus verbis ad illud Ecclesiasten, XI, 2, allusit, ubi habetur : « Da partem septem, necnon octo, quia ignoras quid futurum « sit mali super terram. » Itaque D. Ambrosii verba denotant, quod octo beatitudines in largiendo octo partes pauperibus in benedictionibus scilicet in eleemosynis consistant; hinc concludit quod octava largitio summa virtutum est. sicut spei nostræ octava, id est beatitudo, perfectio est. Nam in capite Lucæ VI, ab Ambrosio exposito, loquebatur Dominus de beatitudinibus, ubi valde eleemosynam commendaverat. »

Le lecteur choisira l'explication qu'il préfère, mais, à notre avis, celle de Sarnelli s'accorde mieux avec le dessein du S. Docteur, qui était de relever le mérite des huit béatitudes évangéliques.

Il est, malgré leurs dissidences, un point sur lequel tous les auteurs sont d'accord, c'est que le terme *octave* signifie la béatitude céleste. Écoutons le célèbre liturgiste Gavantus [1] : « An igitur octavæ nomine Patres intelligunt consummationem doctrinæ ? An solidam virtutis formam ? An æternam animarum beatitudinem ? An corporum gloriosam resurrectionem? An gratiæ totius et gloriæ plenitudinem omnem cum claritate conjunctam ? Hæc omnes omnia : quibuscum concordat Evangelium, quod octavo die dubitantem Thomam fide instruit et roborat, quod per octo Beatitudines, virtutis quasi viam sternit, quod animarum et corporum splendorem, immor-

(1) In *Octavarium Romanum.* Præfatio.

talitatem et gloriam, in octavo quodam a Christi promissione die, repræsentat in monte, quod denique nonnisi Jesum sonat plenum gratiæ et veritatis ; nomine quoque præseferentem multiplicem octavam, bonorum omnium plenissimam..... Celebramus igitur, octavarum titulo, Christum Jesum in primis, tum doctrinam, virtutes, Beatorum gaudia, futuram eorumdem regenerationem, gloriosam immortalitatem, et cumulum bonorum omnium. « Celebratur per septem dies « (audi Fortunatum nomine et re [1]) opus septiformis spiri- « tus, et in octava die consummatio et declaratio atque glori- « ficatio ejusdem operis ; » et infra, in natalitiis sanctorum, monet nos debere gratulari receptioni animarum in beatam requiem ; in octavis deinde resurrectioni corporum. »

CONSULTATION IV.

Un curé missionnaire dans ce pays voyant la nécessité de construire une église, et n'ayant point de ressources pour en faire quelque chose qui puisse répondre au but, arrange une loterie, comme ça se fait ici en faveur d'autres établissements. Il réussit, obtient ainsi la somme de cinquante mille francs de bénéfice et construit une église convenable. Cette conduite est-elle exempte de faute ? ou est-elle blâmable ?

C'est pour nous une question pratique et sur laquelle les missionnaires sont divisés. Les uns osent l'entreprendre : d'autres refusent tout concours, par exemple pour débiter des billets, chercher des correspondants. Il y a eu, dit-on, des défenses dans le droit canon : existent-elles encore ? Et les censures qu'en est-il ?

Et en morale, hors du droit positif, est-il permis au clergé d'arranger ou de favoriser ces loteries ? Qu'en pensez-vous ?

J'ajoute une observation :

Le nombre de catholiques est fort petit, et la plupart sont pau-

(1) Lib. IV, cap. 29 et 36.

vres. Le nombre de protestants, d'incrédules, d'infidèles est beaucoup plus considérable. La masse des lots doit être placée, chez les Chinois, les païens, et les musulmans, qui, tous, sont fort passionnés pour toute sorte de loteries.

Rép. En elles-mêmes les loteries sont permises, du moment qu'il n'y intervient aucune fraude. Tel est l'enseignement des auteurs, même connus comme des plus sévères. Laissons la parole au rigide Collet :

« Loteriæ nihil a natura habent vitiosi, modo in eis serventur debitæ conditiones.

Prob. 1°. Quia ita nunc docet unanimis etiam timoratorum sensus, sive hi ludo huic identidem vacent, sive nunquam, quod multis contingit...

Prob. 2°. Quia ludus, qui neque injustitiam continet, neque adversatur charitati, neque jure ullo, seu divino, seu ecclesiastico vel civili proscriptus est, a natura malus judicari non debet. Atqui talis est loteria...

Prob. 3°. Quia loteria spectari potest 1) ut ludus, quo ludentes exponunt aliquid iis cessurum, quibus felix quæpiam schedula sorte obvenerit. 2) Ut contractus emptionis, quo qui certam inferunt pecuniam, jus emunt sortiendi et acquirendi illud quod sorte contigerit. 3) Demum ut donatio conditionalis, quam omnes qui ad loteriam pecunia sua concurrere, faciunt in eorum gratiam, qui felicem schedulam obtinuerint. Atqui loteria quocumque ex his tribus modo spectetur, nihil habet a natura vitiosi[1]...

(1) *Tractatus de contractibus*, part. II, cap. XIII, n. 136 et seq. Cf. Scavini, *Theologia moralis universa*, lib. II, n. 473, 582 et 583; Frassinetti, *Compendio della teologia morale di S. Alfonso M. de 'Liguori*, tom. I, nota 81 ; Gury, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. I, n. 943; Del Vecchio, *Compendium Theologiæ moralis universæ P. Scavini*, t. II, n. 217; Carrière, *De contractibus*, n. 949; Sylvius, *Commentarii in* 2-2, quæst. 95, artic. VIII, post conclus. 4; Konings, *Theologia moralis S. Alphonsi in compendium redacta*, n. 1043; Gabriel de Varceno, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. I, pag. 588; Lyonnet, *Tractatus de contractibus*, part. II, cap. II, artic. VI, § 3, pag. 262.

Si cela est vrai des loteries en général, à combien plus forte raison devra-t-on le dire des loteries qui ont pour but une œuvre de bienfaisance, ou de religion. Les personnes, qui prennent des lots, pourraient concourir gratuitement à ces bonnes œuvres, c'est-à-dire sans se réserver la chance d'obtenir un lot favorable. Quelle faute pourrait-on trouver dans une semblable réserve?

Il nous paraît donc bien clair que la chose n'est pas mauvaise en elle-même; son but est excellent, puisqu'il n'est autre que l'érection d'un temple nécessaire au développement et à l'exercice du culte, temple qu'il serait impossible de se procurer, si l'on ne recourait au moyen de la loterie. Nous ne trouvons donc rien à reprendre dans la conduite du missionnaire qui y a recours.

Ceux qui s'imaginent que des lois ecclésiastiques s'y opposent, frappent même de censures les prêtres qui organisent de semblables loteries, sont dans l'erreur : jamais l'Eglise ne les a interdites.

CONSULTATION V.

Un laïque, faisant un pèlerinage à Rome, achète une quantité considerable de chapelets etc., qu'il fait indulgencier par le Souverain Pontife, afin de les distribuer à ses amis et à ses voisins. Pour cela il s'impose des dépenses relativement considérables, espérant recouvrer ses avances, sans aucun profit, au moyen du prix qu'il se ferait rembourser. Grand est son embarras, lorsqu'il apprend que les objets indulgenciés ne peuvent se vendre. Deux prêtres, qu'il consulte sur le sens de cette loi, lui répondent, l'un, qu'il ne peut sans péché vendre ces objets, et que conséquemment il doit les garder ou les donner, en se résignant à perdre ses avances. L'autre, au contraire, affirme que la vente en elle-même n'a rien d'illicite ; mais que, si elle a lieu,

les indulgences seront perdues pour les deux contractants. Laquelle de ces deux interprétations est véritable ?

Rép. Dans le Décret de la S. Congrégation des Indulgences du 5 juin 1721, nous lisons :

Insuper cum eidem Sacræ Congregationi pariter delatum fuerit nonnullos turpis lucri cupidos, non sine magno fidelium scandalo prædictas Cruces et Coronas publice vendere, aut mercibus commutare ausu temerario non erubescere ; ideo districte prohibuit, ne in posterum aut publice, aut secreto vendantur ; vel quomodocumque commutentur ; addita etiam declaratione, quod non transeant personam illorum, quibus prima vice distribuuntur, et quod neque commodari, aut præcario dari possint, et quod aliqua re ex prædictis deperdita, pro ea subrogari altera non valeat. Quod si secus fiat, sæpedictæ Cruces et Coronæ careant Indulgentiis jam concessis [1].

Ce Décret contient évidemment une véritable défense : *districte prohibuit*. Mais la S. Congrégation a-t-elle voulu lier la conscience ou n'a-t-elle voulu porter qu'une loi pénale, dont la sanction serait la perte des Indulgences ? Nous n'avons rencontré aucun auteur qui tienne ce Décret comme liant la conscience : serons-nous plus sévère qu'eux, en proclamant une obligation là où il n'est pas clair que le législateur ait voulu en établir une ?

Nous n'irons pas jusqu'à excuser de péché le possesseur des chapelets, qui spéculerait sur leur bénédiction pour en retirer quelque bénéfice. Il y a là une espèce d'intention simoniaque que l'Eglise déteste et proscrit [2].

(1) Cf. Prinzivalli, *Decreta authentica S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ*, n. XLVII, pag. 34.

(2) Cf. Carrière, *De contractibus*, n. 223 ; Gury, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. I, n. 288, II; Konings, *Theologia moralis S. Alphonsi in compendium redacta*, n. 352, II.

Mais, d'un autre côté, ne voyant aucun auteur arguer de péché celui qui vendrait des chapelets bénits, sans retirer aucun bénéfice de leur bénédiction, nous n'oserions dire qu'il y a là un véritable péché. Ce cas ne rentre pas dans l'abus que la S. Congrégation a voulu abolir : les vendeurs ne sont pas mus par l'esprit de lucre : on ne peut les dire *turpis lucri cupidos*.

A bien plus forte raison n'en trouverons-nous aucun dans la conduite de l'acquéreur dont il est question dans le cas. Ce n'est qu'improprement qu'on pourrait dire qu'il vend ses chapelets : il n'y a pas de vente proprement dite dans son acte ; il ne tombe pas par conséquent sous la défense de la S. Congrégation : *districte prohibuit*.

Toutefois l'acte de retirer ses dépenses fait perdre à ses chapelets la bénédiction dont ils étaient enrichis. C'est ce qui résulte des décisions suivantes de la S. Congrégation des Indulgences :

3° An practice tutum est, non stricto sensu vendere Rosaria prævie benedicta, sed simpliciter recipere in eorum distributione solutas in acquisitione expensas, sine ullo prorsus lucro ?

Die 23 januarii 1837, S. Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita respondit :

Ad III. Negative pariter ut supra (juxta plurima generalia Decreta).

5° Utrum sacerdotes percipere queant, ut dictum est in tertio exposito, id quod ipsi impenserunt pro Coronis benedictis, quas fidelibus distribuunt ?

Sacra Congregatio respondit : « Negative, et juxta quamplurima Decreta Sacræ Indulgentiarum Congregationis. »

6° Utrum in hypotesi responsionis negativæ ad quintum præcedens dubium, Sua Sanctitas dignetur : 1° Ratam facere quod usque modo factum est. 2° Permittere, attento plurimorum

sacerdotum exiguo nimis peculio, ut in posterum, salva Indulgentiarum gratia, id fieri possit quod expositum est ?

Sacra Congregatio respondit : « Supplicent sacerdotes particulariter Sanctitatem Suam pro sanatione quoad præteritum, quatenus bona fide se gesserint ; quoad futurum, negative. » Ita respondit et decrevit Sacra Congregatio. Die 2 octobris 1840[1].

On nous assure que des Ordres religieux envoient au loin des chapelets bénits par eux, et en retirent le prix qu'ils ont déboursé pour les acquérir. S'ils n'ont pas un indult spécial, les fidèles sont frustrés des Indulgences ; et on pourrait appliquer à ces religieux les paroles suivantes de Minderer : « Absque dubio talis peccat, nisi ex conscientia erronea et bona fide excusetur ; quia damnum spirituale infert proximo, eum inducendo ad indulgentias falsas, qui alias studeret acquirere veras [2]. »

(1) Prinzivalli, *Op. cit.*, n. DV, pag. 422. On trouve une autre décision dans le même sens, du 11 février 1722, dans Théodore du St Esprit : *Tractatus dogmatico moralis de Indulgentiis*, part. II, cap. III, § V, Quær. 4 ; Amort, *Historia Indulgentiarum*, Supplem. *Responsa et Decreta S. Congreg. Indulg.* 1722, 14 decembr. n. 3.

(2) *De Indulgentiis in specie*, n. 603.

ENCYCLIQUE DE S. S. LÉON XIII.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS
UNIVERSOS CATHOLICI ORBIS
GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

—

VENERABILIBUS FRATRIBUS
PATRIARCHIS, PRIMATIBUS, ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS
UNIVERSIS CATHOLICI ORBIS
GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Æterni Patris Unigenitus Filius, qui in terris apparuit, ut humano generi salutem et divinæ sapientiæ lucem afferret, magnum plane ac mirabile mundo contulit beneficium, cum cælos iterum ascensurus, Apostolis præcepit, ut *euntes docerent omnes gentes* [1]; Ecclesiamque a se conditam communem et supremam populorum magistram reliquit. Homines enim, quos veritas liberaverat, veritate erant conservandi : neque diu permansissent cælestium doctrinarum fructus, per quos est homini parta salus, nisi Christus Dominus erudiendis ad fidem mentibus perenne magisterium constituisset. Ecclesia vero divini Auctoris sui cum erecta promissis, tum imitata caritatem, sic jussa perfecit, ut hoc semper spectarit, hoc maxime voluerit, de religione præcipere et cum erroribus perpetuo dimicare. Huc sane pertinent singulorum Epi-

(1) *Matth.* XXVIII, 19.

scoporum vigilati labores; huc Conciliorum perlatæ leges ac decreta, et maxime Romanorum Pontificum sollicitudo quotidiana, penes quos, beati Petri Apostolorum Principis in primatu successores, et jus et officium est docendi et confirmandi fratres in fide. Quoniam vero, Apostolo monente, *per philosophiam et inanem fallaciam*[1], Christifidelium mentes decipi solent, et fidei sinceritas in hominibus corrumpi, idcirco supremi Ecclesiæ Pastores muneris sui perpetuo esse duxerunt etiam veri nominis scientiam totis viribus provehere, simulque singulari vigilantia providere, ut ad fidei catholicæ normam ubique traderentur humanæ disciplinæ omnes, præsertim vero *philosophia*, a qua nimirum magna ex parte pendet ceterarum scientiarum recta ratio. Id ipsum et Nos inter cetera breviter monuimus, Venerabiles Fratres, cum primum Vos omnes per Litteras Encyclicas allocuti sumus; sed modo rei gravitate, et temporum conditione compellimur rursus Vobiscum agere de ineunda philosophicorum studiorum ratione, quæ et bono fidei apte respondeat, et ipsi humanarum scientiarum dignitati sit consentanea.

Si quis in acerbitatem nostrorum temporum animum intendat, earumque rerum rationem, quæ publice et privatim geruntur, cogitatione complectatur, is profecto comperiet, fecundam malorum causam, cum eorum quæ premunt, tum eorum quæ pertimescimus, in eo consistere, quod prava de divinis humanisque rebus scita, e scholis philosophorum jam pridem profecta, in omnes civitatis ordines irrepserint, communi plurimorum suffragio recepta. Cum enim insitum homini natura sit, ut in agendo rationem ducem sequatur, si quid intelligentia peccat, in id et voluntas facile labitur : atque ita contingit, ut pravitas opinionum, quarum est in intelligentia sedes, in humanas actiones influat, easque pervertat. Ex adverso, si sana mens hominum fuerit, et solidis verisque principiis firmiter insistat, tum vero in publicum privatumque commodum plurima beneficia progignet. — Equidem non tantam humanæ philosophiæ vim et auctoritatem tribuimus, ut cunctis omnino erroribus propulsandis, vel evellendis parem esse

(1) *Coloss.* II, 8.

judicemus : sicut enim, cum primum est religio christiana constituta, per admirabile fidei lumen *non persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis* diffusum, *sed in ostensione spiritus et virtutis*[1], orbi terrarum contigit ut primævæ dignitati restitueretur ; ita etiam in præsens ab omnipotenti potissimum virtute et auxilio Dei expectandum est, ut mortalium mentes, sublatis errorum tenebris, resipiscant. Sed neque spernenda, neu posthabenda sunt naturalia adjumenta, quæ divinæ sapientiæ beneficio, fortiter suaviterque omnia disponentis, hominum generi suppetunt ; quibus in adjumentis rectum philosophiæ usum constat esse præcipuum. Non enim frustra rationis lumen humanæ menti Deus inseruit ; et tantum abest, ut superaddita fidei lux intelligentiæ virtutem extinguat aut imminuat, ut potius perficiat, auctisque viribus, habilem ad majora reddat. — Igitur postulat ipsius divinæ Providentiæ ratio, ut in revocandis ad fidem et ad salutem populis etiam ab humana scientia præsidium quæratur : quam industriam, probabilem ac sapientem, in more positam fuisse præclarissimorum Ecclesiæ Patrum, antiquitatis monumenta testantur. Illi scilicet neque paucas, neque tenues rationi partes dare consueverunt, quas omnes perbreviter complexus est magnus Augustinus, *huic scientiæ tribuens... illud quo fides saluberrima... gignitur, nutritur, defenditur, roboratur*[2].

Ac primo quidem philosophia, si rite a sapientibus usurpetur, iter ad veram fidem quodammodo sternere et munire valet, suorumque alumnorum animos ad revelationem suscipiendam convenienter præparare : quamobrem a veteribus modo *prævia ad christianam fidem institutio*[3], modo *christianismi præludium et auxilium*[4], modo *ad Evangelium pædagogus*[5] non immerito appellata est.

Et sane benignissimus Deus, in eo quod pertinet ad res divinas, non eas tantum veritates lumine fidei patefecit, quibus attingendis impar humana intelligentia est, sed nonnullas etiam manife-

(1) I *Cor.* II, 4.
(2) *De Trin.*, lib. XIV, c. 1.
(3) Clem. Alex., *Strom*, lib. I, c. 16 ; l. VII, c. 3.
(4) Orig. *ad Greg Thaum.*
(5) Clem. Alex., *Strom.*, I, c. 5.

stavit, rationi non omnino impervias, ut scilicet, accedente Dei auctoritate, statim et sine aliqua erroris admixtione omnibus innotescerent. Ex quo factum est, ut quædam vera, quæ vel divinitus ad credendum proponuntur, vel cum doctrina fidei arctis quibusdam vinculis colligantur, ipsi ethnicorum sapientes, naturali tantum ratione prælucente, cognoverint, aptisque argumentis demonstraverint ac vindicaverint. *Invisibilia enim ipsius*, ut Apostolus inquit, *a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas* [1]; et *gentes quæ legem non habent*... ostendunt nihilominus *opus legis scriptum in cordibus suis* [2]. Hæc autem vera, vel ipsis ethnicorum sapientibus explorata, vehementer est opportunum in revelatæ doctrinæ commodum utilitatemque convertere, ut reipsa ostendatur, humanam quoque sapientiam, atque ipsum adversariorum testimonium fidei christianæ suffragari. Quam agendi rationem, non recens introductam sed veterem esse constat, et sanctis Ecclesiæ Patribus sæpe usitatam. Quin etiam venerabiles isti religiosarum traditionum testes et custodes formam quamdam ejus rei et prope figuram agnoscunt in Hebræorum facto, qui Ægypto excessuri, deferre secum jussi sunt argentea atque aurea Ægyptiorum vasa cum vestibus pretiosis, ut scilicet, mutato repente usu, religioni veri Numinis ea supellex dedicaretur, quæ prius ignominiosis ritibus et superstitioni inservierat. Gregorius Neocæsariensis [3] laudat Originem hoc nomine, quod plura ex ethnicorum placitis ingeniose decerpta, quasi erepta hostibus tela, in patrocinium christianæ sapientiæ et perniciem superstitionis singulari dexteritate retorserit. Et parem disputandi morem cum Gregorius Nazianzenus [4], tum Gregorius Nyssenus [5] in Basilio Magno et laudant et probant; Hieronymus vero magnopere commendat in Quadrato Apostolorum discipulo, in Aristide, in Justino, in Irenæo, aliisque permultis [6]. Augustinus autem, *Nonne aspicimus*, inquit, *quanto auro et argento et veste suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus*,

(1) *Rom.*, I, 20.
(2) *Ib.*, II, 14-15.
(3) *Orat. paneg. ad Origen.*
(4) *Vit. Moys.*
(5) Carm. I, Iamb. 3.
(6) *Epist. ad Magn.*

doctor suavissimus et martyr beatissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? ut de vivis taceam, quanto innumerabiles Græci[1]? Quod si vero naturalis ratio opimam hanc doctrinæ segetem prius fudit, quam Christi virtute fecundaretur, multo uberiorem certe progignet, posteaquam Salvatoris gratia nativas humanæ mentis facultates instauravit et auxit. — Ecquis autem non videat, iter planum et facile per hujusmodi philosophandi genus ad fidem aperiri?

Non his tamen limitibus utilitas circumscribitur, quæ ex illo philosophandi instituto dimanat. Et revera divinæ sapientiæ eloquiis graviter reprehenditur eorum hominum stultitia, qui *de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere Eum qui est; neque, operibus attendentes, agnoverunt quis esset artifex*[2]. Igitur primo loco magnus hic et præclarus ex humana ratione fructus capitur, quod illa Deum esse demonstret : *a magnitudine enim speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri*[3]. — Deinde Deum ostendit omnium perfectionum cumulo singulariter excellere, infinita in primis sapientia, quam nulla usquam res latere, et summa justitia, quam pravus nunquam vincere possit affectus, ideoque Deum non solum veracem esse, sed ipsam etiam veritatem falli et fallere nesciam. Ex quo consequi perspicuum est, ut humana ratio plenissimam verbo Dei fidem atque auctoritatem conciliet. — Simili modo ratio declarat, evangelicam doctrinam mirabilibus quibusdam signis, tamquam certis certæ veritatis argumentis, vel ab ipsa origine emicuisse : atque ideo omnes, qui Evangelio fidem adjungunt, non temere adjungere, tamquam doctas fabulas secutos[4], sed rationabili prorsus obsequio intelligentiam et judicium suum divinæ subjicere auctoritati. Illud autem non minoris pretii esse intelligitur, quod ratio in perspicuo ponat, Ecclesiam a Christo institutam (ut statuit Vaticana Synodus) *ob suam admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus locis fecunditatem, ob catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum esse moti-*

(1) *De doctr. christ.*, l. II, c. 40.
(2) *Sap.* XIII, 1.
(3) *Sap.* XIII, 5.
(4) II *Petr.* I, 16.

vum credibilitatis, et divinæ suæ legationis testimonium irrefragabile[1].

Solidissimis ita positis fundamentis, perpetuus et multiplex adhuc requiritur philosophiæ usus, ut sacra Theologia naturam, habitum ingeniumque veræ scientiæ suscipiat atque induat. In hac enim nobilissima disciplinarum magnopere necesse est, ut multæ ac diversæ cælestium doctrinarum partes in unum veluti corpus colligantur, ut suis quæque locis convenienter dispositæ, et ex propriis principiis derivatæ apto inter se nexu cohæreant; demum ut omnes et singulæ suis iisque invictis argumentis confirmentur.

Nec silentio prætereunda, aut minimi facienda est accuratior illa atque uberior rerum, quæ creduntur, cognitio, et ipsorum fidei mysteriorum, quoad fieri potest, aliquando lucidior intelligentia, quam Augustinus aliique Patres et laudarunt et assequi studuerunt, quamque ipsa Vaticana Synodus[2] fructuosissimam esse decrevit. Eam siquidem cognitionem et intelligentiam plenius et facilius certe illi consequuntur, qui cum integritate vitæ fideique studio ingenium conjungunt philosophicis disciplinis expolitum, præsertim cum eadem Synodus Vaticana doceat, ejusmodi sacrorum dogmatum intelligentiam *tum ex eorum, quæ naturaliter cognoscuntur, analogia; tum e mysteriorum ipsorum nexu inter se et cum fine hominis ultimo* peti oportere[3].

Postremo hoc quoque ad disciplinas philosophicas pertinet, veritates divinitus traditas religiose tueri, et iis qui oppugnare audeant resistere. Quam ad rem, magna est philosophiæ laus, quod fidei propugnaculum ac veluti firmum religionis munimentum habeatur. *Est quidem*, sicut Clemens Alexandrinus testatur, *per se perfecta et nullius indiga Servatoris doctrina, cum sit Dei virtus et sapientia. Accedens autem græca philosophia veritatem non facit potentiorem; sed cum debiles efficiat sophistarum adversus eam argumentationes, et propulset dolosas adversus veritatem insidias, dicta est vineæ apta sepes et vallus*[4]. Profecto sicut inimici catholici nominis, adversus religionem pugnaturi, bellicos apparatus plerum-

(1) *Const. dogm. de Fid. Cath.*, cap. III.
(2) *Const. cit.*, cap. IV.
(3) *Ibid.*
(4) *Strom.*, lib. I, c. XX.

que a philosophica ratione mutuantur, ita divinarum scientiarum defensores plura e philosophiæ penu depromunt, quibus revelata dogmata valeant propugnare. Neque mediocriter in eo triumphare fides christiana censenda est, quod adversariorum arma, humanæ rationis artibus ad nocendum comparata, humana ipsa ratio potenter expediteque repellat. Quam speciem religiosi certaminis ab ipso gentium Apostolo usurpatam commemorat S. Hieronymus scribens ad Magnum : *Ductor christiani exercitus Paulus et orator invictus, pro Christo causam agens, etiam inscriptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei : didicerat enim a vero David extorquere de manibus hostium gladium, et Goliath superbissimi caput proprio mucrone truncare*[1]. Atque ipsa Ecclesia istud a philosophia præsidium christianos doctores petere non tantum suadet, sed etiam jubet. Etenim Concilium Lateranense V, posteaquam constituit, *omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam omnino falsam esse, eo quod verum vero minime contradicat*[2], philosophiæ doctoribus præcipit, ut in dolosis argumentis dissolvendis studiose versentur, siquidem, ut Augustinus testatur, *si ratio contra divinarum Scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit veri similitudine ; nam vera esse non potest*[3].

Verum ut pretiosis hisce, quos memoravimus, afferendis fructibus par philosophia inveniatur, omnino oportet, ut ab eo tramite nunquam deflectat, quem et veneranda Patrum antiquitas ingressa est, et Vaticana Synodus solemni auctoritatis suffragio comprobavit. Scilicet cum plane compertum sit, plurimas ex ordine supernaturali veritates esse accipiendas, quæ cujuslibet ingenii longe vincunt acumen, ratio humana, propriæ infirmitatis conscia, majora se affectare ne audeat, neque easdem veritates negare, neve propria virtute metiri, neu pro lubitu interpretari ; sed eas potius plena atque humili fide suscipiat, et summi honoris loco habeat, quod sibi liceat, in morem ancillæ et pedissequæ, famulari cælestibus doctrinis, easque aliqua ratione, Dei beneficio, attingere. — In iis autem doctrinarum capitibus, quæ percipere humana intel-

(1) *Epist. ad Magn.* (2) Bulla *Apostolici regiminis.*
(3) *Epist.* 147 (al. 7) *ad Marcellin.* n. 7.

ligentia naturaliter potest, æquum plane est, sua methodo, suisque principiis et argumentis uti philosophiam : non ita tamen, ut auctoritati divinæ sese audacter subtrahere videatur. Imo, cum constet, ea quæ revelatione innotescunt, certa veritate pollere, et quæ fidei adversantur pariter cum recta ratione pugnare, noverit philosophus catholicus se fidei simul et rationis jura violaturum, si conclusionem aliquam amplectatur, quam revelatæ doctrinæ repugnare intellexerit.

Novimus profecto non deesse, qui facultates humanæ naturæ plus nimio extollentes, contendunt, hominis intelligentiam, ubi semel divinæ auctoritati subjiciatur, e nativa dignitate excidere, et quodam quasi servitutis jugo demissam plurimum retardari atque impediri, quominus ad veritatis excellentiæque fastigium progrediatur. — Sed hæc plena erroris et fallaciæ sunt; eoque tandem spectant, ut homines, summa cum stultitia, nec sine crimine ingrati animi, sublimiores veritates repudient, et divinum beneficium fidei, ex qua omnium bonorum fontes etiam in civilem societatem fluxere, sponte rejiciant. Etenim cum humana mens, certis finibus, iisque satis angustis, conclusa teneatur, pluribus erroribus, et multarum rerum ignorationi est obnoxia. Contra fides christiana, cum Dei auctoritate nitatur, certissima est veritatis magistra ; quam qui sequitur, neque errorum laqueis irretitur, neque incertarum opinionum fluctibus agitatur. Quapropter qui philosophiæ studium cum obsequio fidei christianæ conjungunt, ii optime philosophantur : quandoquidem divinarum veritatum splendor, animo exceptus, ipsam juvat intelligentiam ; cui non modo nihil de dignitate detrahit, sed nobilitatis, acuminis, firmitatis plurimum addit. — Cum vero ingenii aciem intendunt in refellendis sententiis, quæ fidei repugnant, et in probandis, quæ cum fide cohærent, digne ac perutiliter rationem exercent : in illis enim prioribus, causas erroris deprehendunt, et argumentorum, quibus ipsæ fulciuntur, vitium dignoscunt : in his autem posterioribus, rationum momentis potiuntur, quibus solide demonstrentur et cuilibet prudenti persuadeantur. Hac vero industria et exercitatione augeri mentis opes et explicari facultates qui neget, ille veri falsique discrimen nihil conducere ad profectum

ingenii, absurde contendat necesse est. Merito igitur Vaticana Synodus præclara beneficia, quæ per fidem rationi præstantur, his verbis commemorat : *Fides rationem ab erroribus liberat ac tuetur, eamque multiplici cognitione instruit*[1]. Atque idcirco homini, si saperet, non culpanda fides, veluti rationi et naturalibus veritatibus inimica, sed dignæ potius Deo grates essent habendæ, vehementerque lætandum, quod, inter multas ignorantiæ causas et in mediis eorum fluctibus, sibi fides sanctissima illuxerit, quæ, quasi sidus amicum, citra omnem errandi formidinem portum veritatis commonstrat.

Quod si, Venerabiles Fratres, ad historiam philosophiæ respiciatis, cuncta, quæ paulo ante diximus, re ipsa comprobari intelligetis. Et sane philosophorum veterum, qui fidei beneficio caruerunt, etiam qui habebantur sapientissimi, in pluribus deterrime errarunt. Nostis enim, inter nonnulla vera, quam sæpe falsa et absona, quam multa incerta et dubia tradiderint de vera divinitatis ratione, de prima rerum origine, de mundi gubernatione, de divina futurorum cognitione, de malorum causa et principio, de ultimo fine hominis, æternaque beatitudine, de virtutibus et vitiis, aliisque doctrinis, quarum vera certaque notitia nihil magis est hominum generi necessarium. — Contra vero primi Ecclesiæ Patres et Doctores, qui satis intellexerant, ex divinæ voluntatis consilio, restitutorem humanæ etiam scientiæ esse Christum, qui Dei virtus est Deique sapientia[2], et *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi*[3], veterum sapientum libros investigandos, eorumque sententias cum revelatis doctrinis conferendas suscipere : prudentique delectu quæ in illis vere dicta et sapienter cogitata occurrerent, amplexi sunt, ceteris omnibus vel emendatis, vel rejectis. Nam providissimus Deus, sicut ad Ecclesiæ defensionem martyres fortissimos, magnæ animæ prodigos, contra tyrannorum sævitiem excitavit, ita philosophis falsi nominis aut hæreticis viros sapientia maximos objecit, qui revelatarum veritatum thesaurum etiam rationis humanæ præsidio tuerentur. Itaque

(1) *Const. dogm. de Fid. Cath.*, cap. IV.
(2) I *Cor.* I, 24. (3) *Coloss.* II, 3.

ab ipsis Ecclesiæ primordiis, catholica doctrina eos nacta est adversarios multo infensissimos, qui christianorum dogmata et instituta irridentes, ponebant plures esse deos, mundi materiam principio causaque caruisse, rerumque cursum cæca quadam vi et fatali contineri necessitate, non divinæ providentiæ consilio administrari. Jamvero cum his insanientis doctrinæ magistris mature congressi sunt sapientes viri, quos *Apologetas* nominamus, qui, fide præeunte, ab humana quoque sapientia argumenta sumpserunt, quibus constituerent, unum Deum, omni perfectionum genere præstantissimum esse colendum ; res omnes e nihilo omnipotenti virtute productas, illius sapientia vigere, singulasque ad proprios fines dirigi ac moveri. — Principem inter illos sibi locum vindicat *S. Justinus* martyr, qui posteaquam celeberrimas græcorum Academias, quasi experiendo, lustrasset, plenoque ore nonnisi ex revelatis doctrinis, ut idem ipse fatetur, veritatem hauriri posse pervidisset, illas toto animi ardore complexus, calumniis purgavit, penes Romanorum Imperatores acriter copioseque defendit, et non pauca græcorum philosophorum dicta cum eis composuit. Quod et *Quadratus* et *Aristides*, *Hermias* et *Athenagoras* per illud tempus egregie præstiterunt. — Neque minorem in eadem causa gloriam adeptus est *Irenæus*, martyr invictus, Ecclesiæ Lugdunensis Pontifex : qui cum strenue refutaret perversas orientalium opiniones, Gnosticorum opera per fines romani imperii disseminatas, *origines hæreseon singularum* (auctore Hieronymo), *et ex quibus philosophorum fontibus emanarint... explicavit*[1]. — Nemo autem non novit *Clementis Alexandrini* disputationes, quas idem Hieronymus sic, honoris causa, commemorat : *Quid in illis indoctum? imo quid non de media philosophia est*[2]? Multa ipse quidem incredibili varietate disseruit ad condendam philosophiæ historiam, ad artem dialecticam rite exercendam, ad concordiam rationis cum fide conciliandam utilissima. — Hunc secutus *Origenes*, scholæ Alexandrinæ magisterio insignis, græcorum et orientalium doctrinis eruditissimus, perplura eademque laboriosa edidit volumina, divinis Litteris explanandis, sacrisque dogmatibus illu-

(1) *Epist. ad Magn.* (2) *Loc. cit.*

strandis mirabiliter opportuna; quæ licet erroribus, saltem ut nunc extant, omnino non vacent, magnam tamen complectuntur vim sententiarum, quibus naturales veritates et numero et firmitate augentur. — Pugnat cum hæreticis *Tertullianus* auctoritate sacrarum Litterarum; cum philosophis, mutato armorum genere, philosophice; hos autem tam acute et erudite convincit, ut iisdem palam fidenterque objiciat : *Neque de scientia, neque de disciplina, ut putatis, æquamur* [1]. — *Arnobius* etiam, vulgatis adversus gentiles libris, et *Lactantius* divinis præsertim Institutionibus, pari eloquentia et robore dogmata ac præcepta catholicæ sapientiæ persuadere hominibus strenue nituntur, non sic philosophiam evertentes, ut Academici solent [2], sed partim suis armis, partim vero ex philosophorum inter se concertatione sumptis eos revincentes [3]. — Quæ autem de anima humana, de divinis attributis, aliisque maximi momenti quæstionibus, magnus *Athanasius* et *Chrysostomus* oratorum princeps, scripta reliquerunt, ita, omnium judicio, excellunt, ut prope nihil ad illorum subtilitatem et copiam addi posse videatur. — Et ne singulis recensendis nimii simus, summorum numero virorum, quorum est mentio facta, adjungimus *Basilium* magnum et utrumque *Gregorium*, qui, cum Athenis, ex domicilio totius humanitatis, exiissent philosophiæ omnis apparatu affatim instructi, quas sibi quisque doctrinæ opes inflammato studio pepererat, eas ad hæreticos refutandos, instituendosque christianos converterunt. — Sed omnibus veluti palmam præripuisse visus est *Augustinus*, qui ingenio præpotens, et sacris profanisque disciplinis ad plenum imbutus, contra omnes suæ ætatis errores acerrime dimicavit fide summa, doctrina pari. Quem ille philosophiæ locum non attigit; imo vero quem non diligentissime investigavit, sive cum altissima fidei mysteria et fidelibus aperiret, et contra adversariorum vesanos impetus defenderet; sive cum, Academicorum aut Manichæorum commentis deletis, humanæ scientiæ fundamenta et firmitudinem in tuto collocavit, aut malorum, quibus premuntur homines, rationem et originem

(1) *Apologet.* § 46.
(2) *Inst.* VII, cap. VII.
(3) *De opif. Dei*, cap. 21.

et causas est persecutus? Quanta de Angelis, de anima, de mente humana, de voluntate et libero arbitrio, de religione et de beata vita, de tempore et æternitate, de ipsa quoque mutabilium corporum natura subtilissime disputavit? — Post id tempus per Orientem *Joannes Damascenus*, Basilii et Gregorii Nazianzeni vestigia ingressus, per Occidentem vero *Boëtius* et *Anselmus*, Augustini doctrinas professi, patrimonium philosophiæ plurimum locupletarunt.

Exinde mediæ ætatis Doctores, quos *Scholasticos* vocant, magnæ molis opus aggressi sunt, nimirum segetes doctrinæ fecundas et uberes, amplissimis Sanctorum Patrum voluminibus diffusas, diligenter congerere, congestasque uno velut loco condere, in posterorum usum et commoditatem. — Quæ autem scolasticæ disciplinæ sit origo, indoles et excellentia, juvat hic, Venerabiles Fratres, verbis sapientissimi viri, Prædecessoris Nostri, Sixti V fusius aperire : « Divino illius munere, qui solus dat spiritum « scientiæ et sapientiæ et intellectus, quique Ecclesiam suam per « sæculorum ætates, prout opus est, novis beneficiis auget, novis « præsidiis instruit, inventa est a majoribus nostris sapientissimis « viris, Theologia scholastica, quam duo potissimum gloriosi Do- « ctores, angelicus S. Thomas et seraphicus S. Bonaventura, cla- « rissimi hujus facultatis professores,... excellenti ingenio, assi- « duo studio, magnis laboribus et vigiliis excoluerunt atque « ornarunt, eamque optime dispositam, multisque modis præclare « explicatam posteris tradiderunt. Et hujus quidem tam salutaris « scientiæ cognitio et exercitatio, quæ ab uberrimis divinarum « Litterarum, summorum Pontificum, sanctorum Patrum et Con- « ciliorum fontibus dimanat, semper certe maximum Ecclesiæ « adjumentum afferre potuit, sive ad Scripturas ipsas vere et « sane intelligendas et interpretandas, sive ad Patres securius et « utilius perlegendos et explicandos, sive ad varios errores et hæ- « reses detegendas et refellendas : his vero novissimis diebus, « quibus jam advenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo « descripta, et homines blasphemi, superbi, seductores profi- « ciunt in pejus, errantes et alios in errorem mittentes, sane « catholicæ fidei dogmatibus confirmandis et hæresibus confu-

« tandis pernecessaria est[1]. » Quæ verba quamvis Theologiam scholasticam dumtaxat complecti videantur, tamen esse quoque de Philosophia ejusque laudibus accipienda perspicitur. Siquidem præclaræ dotes, quæ Theologiam scholasticam hostibus veritatis tantopere formidolosam, nimirum, ut idem Pontifex addit, « apta « illa et inter se nexa rerum et causarum cohærentia, ille ordo et « dispositio tamquam militum in pugnando instructio, illæ dilu- « cidæ definitiones et distinctiones, illa argumentorum firmitas et « acutissimæ disputationes, quibus lux a tenebris, verum a falso « distinguitur, hæreticorum mendacia multis præstigiis et fallaciis « involuta, tamquam veste detracta patefiunt et denudantur[2], » præclaræ, inquimus, et mirabiles istæ dotes unice a recto usu repetendæ sunt ejus philosophiæ, quam magistri scholastici, data opera et sapienti consilio, in disputationibus etiam theologicis, passim usurpare consueverunt. — Præterea cum illud sit scholasticorum Theologorum proprium ac singulare, ut scientiam humanam ac divinam arctissimo inter se vinculo conjunxerint, profecto Theologia, in qua illi excelluerunt, non erat tantum honoris et commendationis ab opinione hominum adeptura, si mancam atque imperfectam aut levem philosophiam adhibuissent.

Jamvero inter Scholasticos Doctores, omnium princeps et magister, longe eminet *Thomas Aquinas :* qui, uti Cajetanus animadvertit, veteres *doctores sacros quia summe veneratus est, ideo intellectum omnium quodammodo sortitus est*[3]. Illorum doctrinas, velut dispersa cujusdam corporis membra, in unum Thomas collegit et coagmentavit, miro ordine digessit, et magnis incrementis ita adauxit, ut catholicæ Ecclesiæ singulare præsidium et decus jure meritoque habeatur. — Ille quidem ingenio docilis et acer, memoria facilis et tenax, vitæ integerrimus, veritatis unice amator, divina humanaque scientia prædives, soli comparatus, orbem terrarum calore virtutum fovit, et doctrinæ splendore complevit. Nulla est philosophiæ pars, quam non acute simul et solide pertractarit : de legibus ratiocinandi, de Deo et incorporeis substan-

(1) Bulla — *Triumphantis*, an. 1583. (2) *Bull. cit.*
(3) In 2m 2æ, q. 148, a. 4, in fin.

tiis, de homine aliisque sensibilibus rebus, de humanis actibus eorumque principiis ita disputavit, ut in eo neque copiosa quæstionum seges, neque apta partium dispositio, neque optima procedendi ratio, neque principiorum firmitas aut argumentorum robur, neque dicendi perspicuitas aut proprietas, neque abstrusa quæque explicandi facilitas desideretur.

Illud etiam accedit, quod philosophicas conclusiones angelicus Doctor speculatus est in rerum rationibus et principiis, quæ quamlatissime patent, et infinitarum fere veritatum semina suo velut gremio concludunt, a posterioribus magistris opportuno tempore et uberrimo cum fructu aperienda. Quam philosophandi rationem cum in erroribus refutandis pariter adhibuerit, illud a se ipse impetravit, ut et superiorum temporum errores omnes unus debellarit, et ad profligandos, qui perpetua vice in posterum exorituri sunt, arma invictissima suppeditarit. — Præterea rationem, ut par est, a fide apprime distinguens, utramque tamen amice consocians, utriusque tum jura conservavit, tum dignitati consuluit, ita quidem ut ratio ad humanum fastigium Thomæ pennis evecta, jam fere nequeat sublimius assurgere; neque fides a ratione fere possit plura aut validiora adjumenta præstolari, quam quæ jam est per Thomam consecuta.

Has ob causas, doctissimi homines, superioribus præsertim ætatibus, theologiæ et philosophiæ laude præstantissimi, conquisitis incredibili studio Thomæ voluminibus immortalibus, angelicæ sapientiæ ejus sese non tam excolendos, quam penitus innutriendos tradiderunt. — Omnes prope conditores et legiferos Ordinum religiosorum jussisse constat sodales suos, doctrinis S. Thomæ studere et religiosius hærere, cauto, ne cui eorum impune liceat a vestigiis tanti viri vel minimum discedere. Ut Dominicanam familiam prætereamus, quæ summo hoc magistro jure quodam suo gloriatur, ea lege teneri Benedictinos, Carmelitas, Augustinianos, Societatem Jesu, aliosque sacros Ordines complures, statuta singulorum testantur.

Atque hoc loco magna cum voluptate provolat animus ad celeberrimas illas, quæ olim in Europa floruerunt, Academias et Scholas, Parisiensem nempe, Salmantinam, Complutensem, Dua-

cenam, Tolosanam, Lovaniensem, Patavinam, Bononiensem, Neapolitanam, Conimbricensem, aliasque permultas. Quarum Academiarum nomen ætate quodammodo crevisse, rogatasque sententias, cum graviora agerentur negotia, plurimum in omnes partes valuisse, nemo ignorat. Jamvero compertum est, in magnis illis humanæ sapientiæ domiciliis, tamquam in suo regno, Thomam consedisse principem; atque omnium vel doctorum vel auditorum animos miro consensu in unius angelici Doctoris magisterio et auctoritate conquievisse.

Sed, quod pluris est, Romani Pontifices Prædecessores Nostri sapientiam Thomæ Aquinatis singularibus laudum præconiis, et testimoniis amplissimis persecuti sunt. Nam Clemens VI [1], Nicolaus V [2], Benedictus XIII [3] aliique testantur, admirabili ejus doctrina universam Ecclesiam illustrari; S. Pius V [4] vero fatetur eadem doctrina hæreses confusas et convictas dissipari, orbemque universum a pestiferis quotidie liberari erroribus; alii, cum Clemente XII [5], uberrima bona ab ejus scriptis in Ecclesiam universam dimanasse, Ipsumque eodem honore colendum esse affirmant, qui summis Ecclesiæ doctoribus, Gregorio, Ambrosio, Augustino et Hieronymo defertur; alii tandem S. Thomam proponere non dubitarunt Academiis et magnis Lyceis exemplar et magistrum, quem tuto pede sequerentur. Qua in re memoratu dignissima videntur B. Urbani V verba ad Academiam Tolosanam : *Volumus et tenore præsentium vobis injungimus, ut B. Thomæ doctrinam tamquam veridicam et catholicam sectemini, eamdemque studeatis totis viribus ampliare* [6]. Urbani autem exemplum Innocentius XII [7] in Lovaniensi studiorum Universitate, et Benedictus XIV [8] in Collegio Dionysiano Granatensium renovarunt. — His vero Pontificum maximorum de Thoma Aquinate judiciis,

(1) Bulla *In Ordine.* (2) *Breve ad FF. Ord. Prædic.* 1451.
(3) Bulla *Pretiosus.* (4) Bulla *Mirabilis.*
(5) Bulla *Verbo Dei.*
(6) Const. 5ª dat. die 3 aug. 1368 *ad Cancell. Univ. Tolos.*
(7) *Litt. in form. Brev.*, die 6 feb. 1694.
(8) *Litt. in form. Brev.*, die 21 aug. 1752.

veluti cumulus, Innocentii VI testimonium accedat : *Hujus* (Thomæ) *doctrina præ ceteris, excepta canonica, habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum, ita ut numquam qui eam tenuerint, inveniantur a veritatis tramite deviasse ; et qui eam impugnaverit, semper fuerit de veritate suspectus* [1].

Ipsa quoque Concilia OEcumenica, in quibus eminet lectus ex toto orbe terrarum flos sapientiæ, singularem Thomæ Aquinati honorem habere perpetuo studuerunt. In Conciliis Lugdunensi, Viennensi, Florentino, Vaticano, deliberationibus et decretis Patrum interfuisse Thomam et pene præfuisse dixeris, adversus errores Græcorum, hæreticorum et rationalistarum ineluctabili vi et faustissimo exitu decertantem. — Sed hæc maxima est et Thomæ propria, nec cum quopiam ex doctoribus catholicis communicata laus, quod Patres Tridentini, in ipso medio conclavi ordini habendo, una cum divinæ Scripturæ codicibus et Pontificum Maximorum decretis *Summam* Thomæ Aquinatis super altari patere voluerunt, unde consilium, rationes, oracula peterentur.

Postremo hæc quoque palma viro incomparabili reservata videbatur, ut ab ipsis catholici nominis adversariis obsequia, præconia, admirationem extorqueret. Nam exploratum est, inter hæreticarum factionum duces non defuisse, qui palam profiterentur, sublata semel e medio doctrina Thomæ Aquinatis, se facile posse *cum omnibus* catholicis doctoribus *subire certamen et vincere, et Ecclesiam dissipare* [2]. — Inanis quidem spes, sed testimonium non inane.

His rebus et causis, Venerabiles Fratres, quoties respicimus ad bonitatem, vim præclarasque utilitates ejus disciplinæ philosophicæ, quam majores nostri adamarunt, judicamus temere esse commissum, ut eidem suus honos non semper, nec ubique permanserit : præsertim cum philosophiæ scholasticæ et usum diuturnum et maximorum virorum judicium, et, quod caput est, Ecclesiæ suffragium favisse constaret. Atque in veteris doctrinæ locum nova quædam philosophiæ ratio hac illac successit, unde non ii percepti sunt fructus optabiles ac salutares, quos Ecclesia

(1) *Serm. de S. Thom.* (2) Beza — Bucerus.

et ipsa civilis societas maluissent. Adnitentibus enim Novatoribus sæculi XVI, placuit philosophari citra quempiam ad fidem respectum, petita dataque vicissim potestate quælibet pro lubitu ingenioque excogitandi. Qua ex re pronum fuit, genera philosophiæ plus æquo multiplicari, sententiasque diversas atque inter se pugnantes oriri etiam de iis rebus, quæ sunt in humanis cognitionibus præcipuæ. A multitudine sententiarum ad hæsitationes dubitationesque persæpe ventum est : a dubitationibus vero in errorem quam facile mentes hominum delabantur, nemo est qui non videat. — Hoc autem novitatis studium, cum homines imitatione trahantur, catholicorum quoque philosophorum animos visum est alicubi pervasisse ; qui patrimonio antiquæ sapientiæ posthabito, nova moliri, quam vetera novis augere et perficere maluerunt, certe minus sapienti consilio, et non sine scientiarum detrimento. Etenim multiplex hæc ratio doctrinæ, cum in magistrorum singulorum auctoritate arbitrioque nitatur, mutabile habet fundamentum, eaque de causa non firmam atque stabilem neque robustam, sicut veterem illam, sed nutantem et levem facit philosophiam. Cui si forte contingat, hostium impetu ferendo vix parem aliquando inveniri, ejus rei agnoscat in seipsa residere causam et culpam. — Quæ cum dicimus, non eos profecto improbamus doctos homines atque solertes, qui industriam et eruditionem suam, ac novorum inventorum opes ad excolendam philosophiam afferunt : id enim probe intelligimus ad incrementa doctrinæ pertinere. Sed magnopere cavendum est, ne in illa industria atque eruditione tota aut præcipua exercitatio versetur. — Et simili modo de sacra Theologia judicetur ; quam multiplici eruditionis adjumento juvari atque illustrari quidem placet, sed omnino necesse est, gravi Scholasticorum more tractari, ut, revelationis et rationis conjunctis in illa viribus, *invictum fidei propugnaculum* [1] esse perseveret.

Optimo itaque consilio cultores disciplinarum philosophicarum non pauci, cum ad instaurandam utiliter philosophiam novissime animum adjecerint, præclaram Thomæ Aquinatis doctrinam resti-

(1) Sixtus V, *Bull. cit.*

tuere, atque in pristinum decus vindicare studuerunt et student. Pari voluntate plures ex ordine Vestro, Venerabiles Fratres, eamdem alacriter viam esse ingressos, magna cum animi Nostri lætitia cognovimus. Quos cum laudamus vehementer, tum hortamur, ut in suscepto consilio permaneant : reliquos vero omnes ex Vobis singulatim monemus, nihil Nobis esse antiquius et optabilius, quam ut sapientiæ rivos purissimos ex angelico Doctore jugi et prædivite vena dimanantes, studiosæ juventuti large copioseque universi præbeatis.

Quæ autem faciunt, ut magno id studio velimus, plura sunt.— Principio quidem, cum in hac tempestate nostra, machinationibus et astu fallacis cujusdam sapientiæ, christiana fides oppugnari soleat, cuncti adolescentes, sed ii nominatim qui in Ecclesiæ spem succrescunt, pollenti ac robusto doctrinæ pabulo ob eam causam enutriendi sunt, ut viribus validi, et copioso armorum apparatu instructi, mature assuescant causam religionis fortiter et sapienter agere, *parati semper,* secundum Apostolica monita, *ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quæ in nobis est, spe* [1], et *exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt, arguere* [2]. — Deinde plurimi ex iis hominibus qui, abalienato a fide animo, instituta catholica oderunt, solam sibi esse magistram ac ducem rationem profitentur. Ad hos autem sanandos, et in gratiam cum fide catholica restituendos, præter supernaturale Dei auxilium, nihil esse opportunius arbitramur, quam solidam Patrum et Scholasticorum doctrinam, qui firmissima fidei fundamenta, divinam illius originem, certam veritatem, argumenta quibus suadetur, beneficia in humanum genus collata, perfectamque cum ratione concordiam tanta evidentia et vi commonstrant, quanta flectendis mentibus vel maxime invitis et repugnantibus abunde sufficiat.

Domestica vero, atque civilis ipsa societas, quæ ob perversarum opinionum pestem quanto in discrimine versetur, universi perspicimus, profecto pacatior multo et securior consisteret, si in

(1) *I Pet.* III, 15.
(2) *Tit.* I, 9.

Academiis et scholis sanior traderetur, et magisterio Ecclesiæ conformior doctrina, qualem Thomæ Aquinatis volumina complectuntur. Quæ enim de germana ratione libertatis, hoc tempore in licentiam abeuntis, de divina cujuslibet auctoritatis origine, de legibus earumque vi, de paterno et æquo summorum Principum imperio, de obtemperatione sublimioribus potestatibus, de mutua inter omnes caritate; quæ scilicet de his rebus et aliis generis ejusdem a Thoma disputantur, maximum atque invictum robur habent ad evertenda ea juris novi principia quæ pacato rerum ordini et publicæ saluti periculosa esse dignoscuntur. — Demum cunctæ humanæ disciplinæ spem incrementi præcipere, plurimumque sibi debent præsidium polliceri ab hac, quæ Nobis est proposita, disciplinarum philosophicarum instauratione. Etenim a philosophia tamquam a moderatrice sapientia, sanam rationem rectumque modum bonæ artes mutuari, ab eaque, tamquam vitæ communi fonte, spiritum haurire consueverunt. Facto et constanti experientia comprobatur, artes liberales tunc maxime floruisse, cum incolumis honor et sapiens judicium philosophiæ stetit; neglectas vero et prope obliteratas jacuisse, inclinata atque erroribus vel ineptiis implicita philosophia. — Quapropter etiam physicæ disciplinæ, quæ nunc tanto sunt in pretio, et tot præclare inventis singularem ubique cient admirationem sui, ex restituta veterum philosophia non modo nihil detrimenti, sed plurimum præsidii sunt habituræ. Illarum enim fructuosæ exercitationi et incremento non sola satis est consideratio factorum, contemplatioque naturæ; sed, cum facta constiterint, altius assurgendum est, et danda solerter opera naturis rerum corporearum agnoscendis, investigandisque legibus, quibus parent, et principiis, unde ordo illarum et unitas in varietate, et mutua affinitas in diversitate proficiscuntur. Quibus investigationibus mirum quantam philosophia scholastica vim et lucem, et opem, est allatura, si sapienti ratione tradatur.

Qua in re et illud monere juvat, nonnisi per summam injuriam eidem philosophiæ vitio verti, quod naturalium scientiarum profectui et incremento adversetur. Cum enim Scholastici, sanctorum Patrum sententiam secuti, in Anthropologia passim tradide-

rint, humanam intelligentiam nonnisi ex rebus sensibilibus ad noscendas res corpore materiaque carentes evehi, sponte sua intellexerunt, nihil esse philosopho utilius, quam naturæ arcana diligenter investigare, et in rerum physicarum studio diu multumque versari. Quod et facto suo confirmarunt : nam S. Thomas, B. Albertus magnus, aliique Scholasticorum principes, non ita se contemplationi philosophiæ dediderunt, ut non etiam multum operæ in naturalium rerum cognitione collocarint : imo non pauca sunt in hoc genere dicta eorum et scita, quæ recentes magistri probent, et cum veritate congruere fateantur. Præterea, hac ipsa ætate, plures iique insignes scientiarum physicarum doctores palam aperteque testantur, inter certas ratasque recentioris Physicæ conclusiones, et philosophica Scholæ principia nullam veri nominis pugnam existere.

Nos igitur, dum edicimus libenti gratoque animo excipiendum esse quidquid sapienter dictum, quidquid utiliter fuerit a quopiam inventum atque excogitatum ; Vos omnes, Venerabiles Fratres, quam enixe hortamur, ut ad catholicæ fidei tutelam et decus, ad societatis bonum, ad scientiarum omnium incrementum auream sancti Thomæ sapientiam restituatis, et quam latissime propagetis. Sapientiam sancti Thomæ dicimus : si quid enim est a doctoribus Scholasticis vel nimia subtilitate quæsitum, vel parum considerate traditum, si quid cum exploratis posterioris ævi doctrinis minus cohærens, vel denique quoquo modo non probabile, id nullo pacto in animo est ætati nostræ ad imitandum proponi. — Ceterum, doctrinam Thomæ Aquinatis studeant magistri, a Vobis intelligenter lecti, in discipulorum animos insinuare ; ejusque præ ceteris soliditatem atque excellentiam in perspicuo ponant. Eamdem Academiæ a Vobis institutæ aut instituendæ illustrent ac tueantur, et ad grassantium errorum refutationem adhibeant. — Ne autem supposita pro vera, neu corrupta pro sincera bibatur, providete ut sapientia Thomæ ex ipsis ejus fontibus hauriatur, aut saltem ex iis rivis, quos ab ipso fonte deductos, adhuc integros et illimes decurrere certa et concors doctorum hominum sententia est : sed ab iis, qui exinde fluxisse

dicuntur, re autem alienis et non salubribus aquis creverunt, adolescentium animos arcendos curate.

Probe autem novimus conatus Nostros irritos futuros, nisi communia cepta, Venerabiles Fratres, Ille secundet, qui *Deus scientiarum* in divinis eloquiis [1] appellatur; quibus etiam monemur, *omne datum optimum et omne donum perfectum desursum* esse, *descendens a Patre luminum* [2]. Et rursus : *Si quis indiget sapientia, postulet a Deo; qui dat omnibus affluenter, et non improperat; et dabitur ei* [3]. — Igitur hac quoque in re exempla sequamur Doctoris angelici, qui numquam se lectioni aut scriptioni dedit, nisi propitiato precibus Deo ; quique candide confessus est, quidquid sciret, non tam se studio aut labore suo sibi peperisse, quam divinitus accepisse : ideoque humili et concordi obsecratione Deum simul omnes exoremus, ut in Ecclesiæ filios spiritum scientiæ et intellectus emittat, et aperiat eis sensum ad intelligendam sapientiam. Atque ad uberiores percipiendos divinæ bonitatis fructus, etiam B. Virginis Mariæ, quæ sedes sapientiæ appellatur, efficacissimum patrocinium apud Deum interponite; simulque deprecatores adhibite purissimum Virginis Sponsum B. Josephum, et Petrum ac Paulum Apostolos maximos, qui orbem terrarum, impura errorum lue corruptum, veritate renovarunt, et cælestis sapientiæ lumine compleverunt.

Denique divini auxilii spe freti, et pastorali Vestro studio confisi, Apostolicam benedictionem, cælestium munerum auspicem et singularis Nostræ benevolentiæ testem, Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, universoque Clero et populo singulis commisso, peramanter in Domino impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum, die 4 Augusti ann. 1879. Pontificatus Nostri anno Secundo.

LEO PP. XIII.

(1) *I Reg.* II, 3.
(2) *Jac.* I, 17.
(3) *Ibid.*, v. 5.

LETTRE DE SON ÉMINENCE LE CARDINAL-PRÉFET DE LA S. CONGRÉGATION DE LA PROPAGANDE.

L'ASSOCIATION DE LA PROPAGATION DE LA FOI N'EST PAS UNE CONFRÉRIE SOUMISE AU DÉCRET DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES DU 12 AVRIL 1878.

Nous avons publié, l'année dernière, un Décret de la S. Congrégation des Indulgences, réprouvant la coutume d'inscrire des absents dans les Confréries[1]. Les Présidents des deux conseils centraux de l'Œuvre de la Propagation de la Foi se sont adressés à la S. Congrégation de la Propagande pour savoir si ce Décret était applicable à leur association. Les *Missions catholiques* nous apportent la lettre du Cardinal-Préfet, qui donne une reponse négative[2]. Nous nous empressons de la communiquer à nos lecteurs.

Rome, 11 août 1879.

Messieurs les Présidents,

La S. Congrégation des Indulgences ayant rendu, le 13 avril 1878, un Décret par lequel, en rappelant d'anciennes dispositions, elle déclare que les absents ne pourront plus se faire inscrire dans les Confréries, plusieurs personnes ont pensé que ce Décret s'appliquait également à l'OEuvre de la Propagation de la Foi, et ont été ainsi détournées d'en faire partie. Non seulement cette rumeur a trouvé de l'écho dans quelques feuilles publiques, mais il en a été fait mention expresse à la S. Congrégation de la

(1) Tom. x, pag. 433.
(2) N. du 5 septembre 1879.

Propagande. C'est pourquoi, afin qu'une telle interprétation ne puisse nuire aux missions qui reçoivent un secours efficace par les prières et les aumônes de ladite OEuvre, j'ai cru devoir consulter la S. Congrégation des Indulgences.

L'Emin. Cardinal, qui préside cette Congrégation, m'a déclaré n'avoir jamais eu l'intention d'appliquer le Décret du 13 avril 1878 à la Propagation de la Foi, qui est, non une Confrérie, mais une OEuvre pie jouissant de privilèges à elle propres [1].

Je vous adresse, comme aux Présidents de ladite OEuvre, cette déclaration, afin que vous puissiez, en la publiant, couper court aux fausses interprétations.

Vous souhaitant tout bien dans le Seigneur, je suis, etc.

J. CARD. SIMEONI.

(1) Aussi dans aucun des documents, qui émanent du Saint Siège et la concernent, on ne lui donne d'autre nom que *pia Societas, ou Opus pium*. Cf. Prinzivalli, *Decreta authentica Sacræ Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ*, n. 597, pag. 499; n. 611 pag. 516; n. 615, pag. 522; n. 688, pag. 602; l'Encyclique de S. S. Pie IX du 21 novembre 1851, dans notre *Traité canonique et pratique du Jubilé*, pag. 697. Les auteurs, qui se sont spécialement occupés de la partie, comme le P. Maurel, Pallard, etc., ne mettent pas non plus la Propagation de la Foi au nombre des Confréries.

COMMENTAIRE SUR LA CONSTITUTION *APOSTOLICÆ SEDIS* DE PIE IX [1].

EXCOMMUNICATIONS NON RÉSERVÉES.

§ II.

Excommunication portée contre ceux qui blessent ou terrorisent les membres ou employés du Saint Office; qui dérobent ou brûlent ses écrits, ou qui coopèrent à ces délits.

SOMMAIRE. — I. Texte de la Constitution *Apostolicæ Sedis.* — II. Bulle de S. Pie V. — III. 1re différence : les Évêques ne sont plus garantis. — IV. 2e : les biens des inquisiteurs et de leurs ministres ne sont plus expressément garantis. — V. 3e : ceux qui forcent les prisons, etc., ne sont plus excommuniés — VI. 4e : autrefois la coopération était un délit principal ; aujourd'hui, non. — VII. 1re classe soumise à l'anathème : *lædentes.* Qu'entend-on par là? — VIII. 2e : *perterrefacientes.* — IX. 3e : *diripientes, aut comburentes.* — X. Qu'entend-on par *diripientes?* — XI. 4e : les coopérateurs. — XII. Conditions requises pour que ces derniers encourent l'excommunication. — XIII. Est-il nécessaire que les complices aient agi *scienter?* — XIV. Quelles personnes sont comprises sous la dénomination de *testes?* — XV. Pour encourir l'excommunication, est-il nécessaire d'avoir enlevé ou détruit plusieurs écrits? — XVI. Dans quel but doivent avoir agi les personnes soumises à l'anathème?

I. Cette excommunication est fulminée dans les termes suivants : « Lædentes aut perterrefacientes Inquisitores, de-

(1) Voir tom. II, pag. 73, 428, 453, 607 et 645 ; tom. III, pag. 97, 154, 235, 345, 453 et 581 ; tom. IV, pag. 5, 128, 237, 354 et 467; tom. VI, pag. 117 et 229; tom. VII, pag. 249 et 604 ; tom. VIII, pag. 587 ; tom. IX, pag. 33, 168, 242, 353, 471 et 608; tom. X, pag. 177, 287, 419, 511 et 618; tom. XI, pag. 46, 307 et 373.

nunciantes, testes, aliosve ministros S. Officii, ejusve sacri Tribunalis scripturas diripientes, aut comburentes; vel prædictis quibuslibet auxilium, consilium, favorem præstantes. »

II. Longtemps auparavant S. Pie V avait décrété les mesures suivantes :

§ 1. Cum itaque ejus generis impiorum vis quotidie magis invalescat, qui omnibus malis artibus prædictum Officium subvertere; ministrosque functionibus disturbare moliuntur, eo jam Nos detrusit necessitas, ut nefariam et scelestam illorum audaciam acerbiore castigationis verbere reprimamus.

§ 2. Hac igitur generali Constitutione, de Fratrum nostrorum consilio sancimus, ut quicumque, sive privatus, sive cuncta civitas, sive populus, sive dominus, comes, marchio, dux, vel potiore titulo illustris, quemvis ex Inquisitoribus, advocatis, procuratoribus, notariis, aliisque ministris prædicti Officii, vel Episcoporum id munus in sua diœcesi, aut provincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei quomodocumque productum vel evocatum occiderit, verberaverit, dejecerit, seu perterrefecerit.

§ 3. Quive ecclesias, ædes, aliasve res, sive publicas, sive privatas Officii, aut ministrorum expugnaverit, invaserit, incenderit, expilaverit, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regestra, protocolla, exempla, scripturas, aliave instrumenta, sive publica, sive privata, ubicumque posita combusserit, diripuerit, seu interverterit, seu ex incendio, aut direptione, etiam inermis, sive capiendi, sive comburendi, sive supprimendi causa fuerit, sive res aut personas servari, defendive prohibuerit.

§ 4. Quive... auxilium, consilium, aut favorem, publice, vel occulte, in quolibet prædictorum scienter præstiterit, licet nemo occisus, verberatus, nemo extractus, emissus, vel

ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, successum, direptumve, nullum denique damnum reipsa sit secutum : nihilominus is sit anathemate præsentis canonis auctoritate ligatus [1].

III. La Bulle de Pie IX a, comme on le voit, notablement modifié la législation précédente. Celle-ci garantissait les Évêques qui remplissaient dans leur diocèse, ou leur province, les fonctions d'inquisiteur, et leurs officiers ou ministres. La Constitution *Apostolicæ Sedis* n'a pas reproduit cette partie de l'ancienne législation, et par le fait même l'a abrogée [2].

IV. Autrefois la censure atteignait expressément aussi ceux qui attaquaient, envahissaient, incendiaient ou pillaient les églises, maisons ou biens publics et privés du Saint Office et de ses ministres [3]; aujourd'hui ne sont plus expressément frappés d'excommunication que les attentats contre les personnes, et la destruction des écrits du Saint Office ; de sorte qu'il est douteux si l'ancienne législation n'a pas été modifiée en ce point [4].

V. Autrefois étaient aussi soumis à la censure ceux qui forçaient les prisons du Saint Office, en extrayaient les détenus, les cachaient, etc. [5]. La Bulle de Pie IX a aboli cette partie de l'ancienne législation [6].

(1) Constit. *Si de protegendis*, CXIII. *Bullar. Roman.* Tom IV, part. III, pag. 60.

(2) Cf. *In Constitutionem Apostolicæ Sedis... quæstiones et factorum series a Clero Patavino definitæ*, n. 414, 1.

(3) Voir ci-dessus, n. II, § 3.

(4) Voir ci-dessous, n. VII.

(5) On lisait dans la bulle de S. Pie V, § 4 : « Quive carcerem, aut aliam custodiam, seu publicam, seu privatam effregerit, vinctum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, captumve eripuerit, receperit, oculuerit, seu facultatem effugiendi dederit, seu jusserit id fieri, qui cœtum, concursumve fecerit, sive ut aliquid prædictorum fieret homines accommodaverit... » *Loc. cit.*

(6) Cf. Clerus Patavinus, *loc. cit.*, n. 414, 3.

VI. Autrefois la coopération était punie comme délit principal ; d'où l'excommunication était encourue, quand même le délit auquel on coopérait ne recevait aucune exécution [1]. Il n'en est plus ainsi aujourd'hui : les complices n'encourent l'excommunication que quand le délit principal est posé, c'est-à-dire, quand l'attentat contre les personnes ou les écrits a été réalisé [2].

VII. La première classe de personnnes qui sont soumises à l'anathème, comprend celles qui tuent, blessent ou offensent les Inquisiteurs et leurs ministres, ou leur nuisent : *lædentes.*

Faut-il que la personne même soit l'objet de l'offense ; ou suffit-il que le dommage soit causé aux biens des Inquisiteurs ou de leurs ministres ?

Quelques auteurs se prononcent pour la première interprétation, en se fondant sur le sens donné par Brisson au mot *lædi* [3].

D'autres embrassent la seconde interprétation, en se basant sur le sens naturel du mot *lædere*, et sur la signification que lui attribuent les juristes. « *Lædi* dicuntur, *écrit Vicat*, personæ quibus damnum infertur [4]. » Pereyra dit également : « Lædere ad omne genus offensionis transfertur... *Læsio* sumitur pro damno et injuria [5]. » Soit donc que l'attentat ait pour but la personne ou les biens des Inquisiteurs, le délit

(1) Voir ci-dessus, n. II, § 4. Cf. Bonacina, *Tractatus de censuris omnibus ecclesiasticis in particulari*, disp. II, quæst. II, punct. XIII, n. 4.

(2) Voir ci-dessous, n. XII.

(3) *Commentarii Reatini*, n. 56 ; Gabriel de Varceno, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. II, pag. 432, 4° ; Clerus Patavinus, *Op. cit.*, n. 414, 2 ; Konings, *Theologia moralis S. Alphonsi in compendium redacta*, n. 1713, 3°.

(4) *Vocabularium juris utriusque*, v. *Lædi.*

(5) *Elucidarium sacræ Theologiæ moralis et juris utriusque*, n. 1887.

prévu par le législateur existe. Ce sentiment a l'avantage de maintenir, sur ce point, l'ancienne législation [1].

VIII. La seconde classe de délinquants frappés par notre paragraphe se composent des personnes qui *terrorisent* les Inquisiteurs ou les fonctionnaires subalternes. Nous avons expliqué ce terme ailleurs [2]. Nous renvoyons nos lecteurs à cette explication.

IX. A la troisième catégorie appartiennent les personnes qui pillent ou livrent aux flammes les écrits du Saint-Office, *diripientes aut comburentes*. Il n'est pas nécessaire que les deux actes soient posés; l'un des deux suffit pour soumettre son auteur à la censure [3].

X. Qu'entend-on par *diripientes?* Les uns estiment que tous les voleurs sont compris sous cette dénomination : « *diripientes*, clam palamve auferentes, » dit Godschalk [4].

La plupart des commentateurs de la Constitution *Apostolicæ Sedis* , s'appuyant sur la force du mot *diripientes*, exigent que les écrits aient été enlevés de vive force. « Scripturas *diripere* nil aliud significat, *disent les Conférences de*

(1) Embrassent ce sentiment Godschalk, *Constitutio Apostolicæ Sedis... documentis indicatis munita et commentariis illustrata*, pag. 40 ; le continuateur d'Avanzini, *Constitutio Apostolicæ Sedis... documentis; omnibus munita. .nonnullis illustrata commentariis*, pag. 291; De Brabandere, *Juris canonici et juris canonico-civilis compendium*, n. 1447, 3°. Cf. *Nouvelle Revue théologique*, tom. III, pag. 352, n. XIV.

(2) Tom. III, p. 353, n. XV. Nous ferons toutefois remarquer que Carena, en commentant la bulle de S. Pie V, enseigne que le mot *perterrefacere* s'applique, à proprement parler, à ceux-là seuls qui inspirent la terreur, non par de simples menaces, mais par des faits. Cf. *Tractatus de officio sanctissimæ Inquisitionis*, part. II, titul. XIII, n. 66.

(3) Cf. Clerus Patavinus, *Op. cit.*, n. 415.

(4) *Op. cit.*, pag. 108, 2°. Paraissent du même avis De Brabandere, *Op. cit.*, n. 1473, 2°; Lafforgue, *Commentaire de la Constitution Apostolicæ Sedis*, pag. 67.

Padoue, quam eas *adhibita vi eripere* [1]. » Gabriel de Varceno dit également : « *Diripientes* dicimus eos, qui in diversas partes rapiunt (Forcellini, V. *Diripere*), id est vi auferunt scripturas. Quare hanc excommunicationem non incurrunt qui scripturas S. Officii clam furantur [2]. » Ce sentiment nous plaît et obtient notre assentiment.

XI. Enfin ceux qui coopèrent à l'un ou l'autre de ces délits par leur assistance, leurs conseils ou leur protection forment la quatrième classe de personnes soumises à l'excommunication.

Pour l'interprétation de ces mots, nous renvoyons à nos explications antérieures [3].

XII. Nous rappellerons encore que les complices n'encourent l'excommunication, que quand leur délit réunit les deux conditions suivantes : 1° il doit avoir efficacement influé sur le délit principal [4]. 2° Celui-ci doit avoir été réellement commis. « Illud unum est notandum, *disent les Conférences de Padoue*, quod si datum consilium aut consensus, vel præstitum auxilium sine effectu remanserit; videlicet si nulla persona læsa sit, vel nulla scriptura ad S. Officium pertinens rapta aut combusta sit, excommunicatio non tenet. Cooperantium enim culpa (modo aliud non statuerit Legislator, sicut egerat Pius V in sua Extravaganti), non judicatur consummata, nisi aliqua ex actionibus principaliter vetitis fuerit perfecta [5]. »

(1) *Loc. cit.*, n. 415.

(2) *Loc. cit.*, pag. 500. 2₀. Cf. *Commentarii Reatini*, n. 127 ; Ciolli, *Commentario pratico delle censure latæ sententiæ*, n. 153.

(3) Pour le mot assistance, V. Tom. III, pag. 174, n. XXVI ; conseil, *ibid.*, pag. 175, n. XXVII ; faveur, *ibid.*, pag. 179, n. XXXIV.

(4) Cf. *ibid.*, pag. 175, n. XXVIII ; et pag. 180, n. XXXV.

(5) *Loc. cit.*, n. 415. Lafforgue, *loc. cit.*, et Grandclaude, *Constitutio Apostolicæ Sedis commentariis illustrata*, pag. 63, sont d'un autre

XIII. Est-il nécessaire que les complices aient agi *scienter ?* S. Pie V avait exigé cette condition [1], de sorte que toute ignorance, autre que l'ignorance affectée, les excusait de la censure. Le P. Gabriel de Varceno requiert encore la même condition [2].

En présence du silence de la Constitution *Apostolicæ Sedis*, Godschalk ne la trouve plus nécessaire [3]. Supprimant le mot *scienter* dont s'était servi son prédécesseur, Pie IX est à juste titre censé rejeter cette condition. Nous avons déjà eu occasion de faire cette observation, qui nous paraît fondée [4].

XIV. Quels témoins sont compris sous le nom de *testes ?*

M. Godschalk rapporte le texte de la Bulle, comme si le mot *denuntiantes* était le qualificatif de *testes*, de sorte que, d'après lui, les seuls témoins qui soient garantis par ce paragraphe, sont ceux qui dénoncent un délit au Saint Office : « *Denuntiantes testes*, qui nempe crimen ad judices deferunt; non alios qui in judicium vocati testimonium mere dicunt [5]. »

Le texte de la Constitution, qui sépare le mot *denuntiantes*, par une virgule, du mot *testes*, ne nous permet pas d'adopter cette interprétation : il prouve que le témoin est un personnage distinct du dénonciateur ou accusateur, et toute personne a la qualité de témoin qui est appelée à témoigner

avis. Mais leur opinon est contraire aux principes (V. notre tom. III, pag. 175, n. XXVIII) et communément rejetée. Cf. Godschalk, *Op. cit.*, pag. 108, 3°; Gabriel de Varceno, *loc. cit.*; De Brabandere, *Op. cit.*, n. 1473, 3°.

(1) V. ci-dessus, n. II, § 4.

(2) *Op. cit.*, pag. 500, 3°.

(3) *Loc. cit.*

(4) V. ci-dessus, pag. 327, n. XXXI et suiv.

(5) *Loc. cit.*, pag. 107, 1°. Paraît être du même avis De Brabandere, *Op. cit.*, n. 1473, 1°.

dans une cause du Saint Office ; de sorte que celui qui la moleste ou la terrorise encourt l'excommunication [1].

XV. Pour encourir l'excommunication, est-il nécessaire d'enlever plusieurs écrits ; ou l'enlèvement d'un seul suffit-il ?

Le Commentateur de Rieti estime que l'enlèvement d'un seul écrit ne suffit pas [2].

Ciolli est d'avis que la destruction ou le vol d'un seul écrit suffit [3].

Gabriel de Varceno distingue si l'écrit enlevé contient la dénonciation entière, ou toute la cause, ou une partie notable de la cause, ou s'il n'en contient qu'une partie peu considérable. Dans le premier cas, l'excommunication est encourue « quia, *dit-il*, verificatur quod sit patratum ad impediendam sententiam hujus tribunalis. » Il en est autrement dans le second cas : « habetur enim, *dit-il*, ut parvitas materiæ [4]. »

XVI. Les auteurs font remarquer, en s'appuyant sur la Bulle de S. Pie V, que les actions frappées d'anathème dans ce paragraphe, doivent être faites dans le but d'empêcher que la cause ne soit déférée au Saint Office, ou que ce tribunal ne rende sa sentence, ou en haine des membres du Saint Office, comme tels [5]. Un de ces attentats commis par haine ou vengeance privée, sans rapport au Saint Office, ne serait pas soumis à cette excommunication ; mais il pourrait être puni de la même peine d'un autre chef.

(1) Cf. Bonacina, *loc. cit.*, n. 2 ; Bordonus, *Manuale Consultorum in causis S. Officii*, Sect. XIX, n. 5.

(2) *Op. cit.*, n. 127.

(3) *Op. cit.*, n. 153, 2°.

(4) *Op. cit.*, pag. 500.

(5) Cf. Bordonus, *loc. cit.*, n. 13 ; *Tractatus de officio sanctissimæ Inquisitionis*, Part. II, titul. XIII, n. 23 et seq. ; Gabriel de Varceno, *loc. cit.*, pag. 499, 1° ; Konings, *Op. cit.*, n. 1737.

§ III.

Excommunication portée contre l'aliénation des biens ecclésiastiques.

SOMMAIRE. — I. Texte de la Constitution *Apostolicæ Sedis*. — II. Extravagante de Paul II. — III et IV. Doit-on tenir compte des anciennes coutumes touchant cette Bulle ? — V. Division du paragraphe. — VI. Deux sortes d'actes interdits. — VII. *Aliénations*. Qu'entend-on par là ? — VIII. Comprend-on les ventes faites par une église à une autre église ? Opinion négative. — IX. Opinion qui y soumettait les ventes et les donations, mais non les permutations. — X. Sentiment commun affirmatif, fondé sur la lettre de la loi. — XI. Sur son esprit. XII. Sur les décisions de la S. Congrégation du Concile. — XIII. Improbabilité des opinions contraires. — XIV. L'aliénation de l'argent tombe-t-elle sous cette prohibition ? Opinion négative absolue. — XV. Opinion commune : Négative, si l'argent est le produit des fruits ou des revenus. — XVI. Exception. — XVII. Affirmative, si l'argent provient de la vente d'un immeuble ou d'un meuble précieux, etc. — XVIII. L'omission du *Beneplacitum* entraîne-t-elle l'excommunication, quand l'église n'a pas été lésée ? Opinion négative. — XIX. Sentiment affirmatif reposant sur le texte de la loi. — XX. Sur son esprit — XXI. Sur les décisions des Congrégations Romaines : *a*) des Evêques et Réguliers. — XXII. *b*) Du Concile. — XXIII. Sur l'enseignement commun des auteurs. — XXIV. Réfutation de l'argument de la première opinion. XXV. Semblable vente est-elle valable en conscience ? — XXVI. Le contrat sous la réserve du *Beneplacitum Apostolicum* tombe-t-il sous la censure de ce paragraphe ? — XXVII. *Quid* du refus d'accepter un legs ou une donation ? — XXVIII. Personnes comprises sous le terme *recipientes*. — XXIX. Les Evêques et les abbés sont-ils compris sous le terme *alienantes ?* Opinion négative. — XXX. Sentiment affirmatif. — XXXI. L'interdit de l'entrée de l'église existe-t-il encore contre les Evêques et Abbés transgresseurs de cette loi ? — XXXII. Les administrateurs seuls encourent l'excommunication. — XXXIII. Conséquence. — XXXIV. Les complices ne l'encourent pas. XXXV. 1re condition requise pour l'encourir : biens ecclésiastiques ou lieux pieux. — XXXVI 2e condition : qu'ils soient d'une valeur notable. — XXXVII. Peu importe leur qualité. — XXXVIII. Quand leur valeur sera-t-elle notable ? 1re Opinion. — XXXIX. Décisions des Congréga-

tions Romaines. — XL et XLI. Quelle est la valeur de la coutume sur ce point? — XLII. Est considérée comme notable une partie d'un bien notable. — XLIII. 3me condition : que l'aliénation soit parfaite et le domaine transféré. En Droit Romain, il ne l'était que par la tradition. — XLIV. Où la tradition n'est pas nécessaire, que décidera-t-on ? — XLV. 4me condition : présomption. Est-elle nécessaire chez le vendeur? Opinion négative. — XLVI. Opinion affirmative.

I. La Constitution *Apostolicæ Sedis* la formule dans les termes suivants : « Alienantes et recipere præsumentes bona ecclesiastica absque Beneplacito Apostolico ad formam Extravagantis *Ambitiosæ*, de rebus ecclesiasticis non alienandis. »

II. Voici le texte de l'Extravagante susdite de Paul II.

Ambitiosæ cupiditati illorum præcipue, qui divinis et humanis affectati, damnatione postposita, immobilia et pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus ecclesiæ, monasteria et pia loca reguntur, illustranturque, et eorum ministri sibi alimoniam vendicant, profanis usibus applicare, aut cum maximo illorum ac divini cultus detrimento, exquisitis mediis usurpare præsumunt, occurrere cupientes, omnium rerum et bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem et conductionem ultra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus a jure permissis, ac de rebus et bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, et cum ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus et bonis, quæ servando servari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura Constitutione præsenti fieri prohibemus : prædecessorum nostrorum Constitutionibus, prohibitionibus et decretis aliis super hoc editis, quæ tenore præsentium innovamus, in suo nihilominus robore permansuris. Si quis autem contra hujus nostræ prohibitionis seriem de bonis et rebus eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio et infeudatio hujusmodi nullius omnino sint roboris vel momenti. Et tam

qui alienat, quam is, qui alienatas res et bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat. Alienanti vero bona ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifice, aut contra præsentis Constitutionis tenorem, si Pontificali seu Abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus ecclesiæ sit penitus interdictus. Et si per sex menses immediate sequentes, sub interdicto hujusmodi animo (quod absit) perseveraverit indurato, lapsis mensibus eisdem e regimine et administratione suæ ecclesiæ, vel monasterii, cui præsidet in spiritualibus et temporalibus, sit eo ipso suspensus. Inferiores vero Prælati, Commendatarii, et aliarum ecclesiarum Rectores, beneficia vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque ecclesiasticis cum cura et sine cura sæcularibus et regularibus beneficiis, quorum res et bona alienarunt duntaxat, ipso facto privati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per locorum Ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea privatæ fuerint) libere de jure conferri, nisi alias dispositioni Apostolicæ Sedis sint specialiter aut generaliter reservata. Nihilominus alienatæ res et bona hujusmodi ad ecclesias, monasteria et loca pia, ad quæ ante alienationem hujusmodi pertinebant, libere revertantur [1].

(1) Outre les peines contenues dans cette Bulle, les Réguliers, qui se rendent coupables des délits y interdits, encourent les peines suivantes, d'après un Décret de la S. Congrégation du Concile, en date du 7 septembre 1624: « Perpetuo prohibet, atque interdicit absque illius Congregationis Concilii expressa licentia inscriptis et gratis concedenda, sub pœna privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, vocisque activæ et passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurrant, sublata etiam Generali et Protectori illam moderandi ac relaxandi facultate, pœnis nihilominus Apostolicarum Constitutionum, et præsertim fel. record. Pauli II, quæ incipit: *Ambitiosæ*, in suo robore permansuris. » Cf. Ferraris, *Bibliotheca canonica*, V. *Alienare*, artic. IV, n. 30; Lezana, *Summa Quæstionum regularium*, Part. III, V. *Alienare*, n. 4.

III. Les anciens auteurs enseignaient que la Bulle de Paul II n'avait pas été reçue en France, en Allemagne et en Belgique, ou du moins qu'une coutume contraire y avait dérogé [1]. Peut-on se prévaloir encore aujourd'hui de ce prétexte pour se soustraire à l'obligation de la Bulle de Paul II? Peut-on restreindre la Bulle de Pie IX dans les limites que la coutume avait fixées à l'Extravagante de Paul II ?

(1) Pour la France, V. Durand de Maillane, *Dictionnaire de droit canonique*, *V. Aliénation ;* Rebuffus, *Compendium alienationis rerum eccles.*, n. 86. Pour l'Allemagne, V. Reiffenstuel, *Jus canonicum universum,* Lib. III, Titul. XIII, n. 32; Mayr, *Trismegistus Juris Pontificii,* Lib. III, Titul. XIII, n. 87 et seq. ; Schmalzgrueber, *Jus ecclesiasticum universum,* Lib. III, Titul. XIII, n. 123. Pour la Belgique, V. Zypæus, *Jus Pontificium novum,* Lib. III, Titul. XIII, n. 2 ; Van Espen, *Jus ecclesiasticum universum,* Part. II, sect. IV, Titul. V, cap. IV, n. 28 ; Lessius, *De Justitia et Jure,* Lib. II, cap. XXIV, n. 64 et 69.

Cette coutume pouvait-elle être considérée comme légitime ? La S. Congrégation du Concile fut appelée par l'Archevêque de Milan à décider la question. Malgré la doctrine des auteurs, elle déclara, en novembre 1655, illégitime l'usage suivi jusque-là, et ajouta : « Ideoque Amplitudini Tuæ demandandum, prout præcise his demandatur, ut pro tua pietate et erga Sedem Apostolicam reverentia, ac pro salute animarum, et validitate alienationum, locationum, aliarumve concessionum, id sedulo in futurum exequatur et exequi omnino curet, et in præteritis consulatur propriæ conscientiæ. » Pallottini, *Collectio omnium conclusionum et resolutionum S. Congregationis Concilii Tridentini*, V. *Alienatio,* § II, n. 16. Sur de nouvelles instances de l'Archevêque, la S. Congrégation examina de nouveau la question, et, le 14 mars 1682, elle maintint sa décision de 1655. Pallottini, *ibid.*, n. 18. Cf. Card. Petra, *Commentaria ad Constitutiones Apostolicas,* Constit. V Pauli II, Sect. III, n. 35 et seq.

Vecchiotti rapporte aussi une décision, du 12 novembre 1635, donnée pour le diocèse de Malines (ne serait-ce pas plutôt Milan ?), où nous lisons : « S. C. censuit bona ecclesiarum et piorum locorum non posse alienari, nec concedi sola auctoritate Archiepiscopi, sed omnino requiri Beneplacitum Apostolicum ad præscriptum Constitutionis Paulinæ, NON OBSTANTE PRÆTENSO ALLEGATO NON USU, SEU CONSUETUDINE. » *Institutiones canonicæ*, Lib. III, §. 44, Vol. II, pag. 89.

Le P. Gabriel de Varceno se prononce pour l'affirmative : « Attendenda est, *dit-il*, locorum consuetudo, illique standum est [1]. » Il est suivi par le P. Konings, qui écrit : « *Ad formam Extravagantis*, *etc.*, id est, cum legitima causa et servatis solemnitatibus, quatenus his consuetudo non derogarit [2]. »

IV. Les Conférences de Padoue émettent un principe tout opposé : « Jam vero, *y lit-on*, novæ Constitutionis Articulus hanc ipsam excommunicationem renovat et confirmat ; adeo ut nihil omnino sit antiquæ censuræ addendum aut demendum. Modo enim alienantes et recipientes bona ecclesiastica excommunicatione plectuntur *ad formam*, hoc est secundum tenorem Extravagantis *Ambitiosæ*, sicuti expresse enunciat Articulus, quem modo explicamus [3]. »

Ce sentiment nous paraît seul conforme à la Bulle de Pie IX. Quand même une coutume légitime eût autrefois dérogé à l'Extravagante *Ambitiosæ*, la Constitution *Apostolicæ Sedis* l'a remise en pleine vigueur. Pie IX, en effet, déclare « easdem non modo ex veterum canonum auctoritate, quatenus cum hac Nostra Constitutione conveniunt, verum etiam ex hac ipsa Constitutione Nostra, non secus ac si primum editæ ab ea fuerint, vim suam prorsus accipere debere. »

(1) Apud græcos, *dit Tompa*, nunciata Diaconi voce abeundi venia, nondum tamen dimisso populo, distribuitur a sacerdote panis benedictus τό ἀντίδωρον dictus, quod vicem sacramenti quodammodo suppleat. Erat hoc olim etiam in latinis ecclesiis more receptum, ut post missarum solemnia qui communicare non fuerant parati, Eulogias (sic appellabatur panis benedictus) omni die dominico et in diebus festis acciperent. Catechumeni et quibus ob aliquod crimen aditus ad sacram mensam interclusus erat, hunc panem non accipiebant; quod licet sacramentum non esset, ejus tamen vicem obiret. Quanquam lapsu temporis etiam illis datus fuerit qui Eucharistia refecti erant. Solebat vero in ipsa ecclesia statim comedi : non defuere tamen in occidente monachi qui ad triclinium delatum ante prandium sumerent; Græci recentiores eum nonnunquam etiam in itinere, veluti quoddam contra pericula præsidium, secum deferunt. *Instit. de Sacris Ritibus*, tom. I, fin.

en France particulièrement, où l'on porte à l'autel à l'offertoire, avec une grande solennité, le pain à bénir.

Les auteurs, dont nous venons de rappeler les paroles, ne font pas remonter l'usage du pain bénit au delà du VIIe ou VIIIe siècle, les témoignages qu'ils invoquent n'étant pas antérieurs à cette époque. Mais d'autres écrivains le croient beaucoup plus ancien, entr'autres Claude Devert qui en trouve déjà un exemple, dans les agapes, ou festins que les premiers chrétiens faisaient à l'église, après la communion eucharistique [1] :

97. Il est juste que chaque fidèle, s'il veut participer au sacrement, apporte de quoi le consacrer, et fournisse sa part du pain et du vin, suivant ce qui a été pratiqué dès les premiers temps. Car comme l'Eglise, dans les commencements, n'avait ni fonds ni revenus, on juge bien qu'elle n'était pas en état de faire les frais du pain et du vin nécessaires pour la célébration de l'Eucharistie, et qu'ainsi il fallait que cette dépense fût supportée par les particuliers, surtout par ceux qui devaient participer à ces sacrées espèces. Eux-mêmes fournissaient donc ce pain et ce vin. Ils le portaient à l'autel et le présentaient à l'Evêque. S. Justin et S. Irénée rendent des témoignages exprès de cette pratique.

Mais il y a un exemple de cette contribution ou subvention dans la première épître aux Corinthiens, où l'on voit que les agapes ou festins de viandes communes et ordinaires, je veux dire, dans le festin qui se faisait à l'église, et accompagnait la communion eucharistique, le pain et le vin de l'Eucharistie se prenaient de la table commune, où principalement les riches et ceux qui avaient plus de facultés apportaient toujours de quoi manger abondamment. Tous les fidèles, exceptés peut-être les plus pauvres et ceux qui étaient dans le besoin, contribuaient donc de cette manière à la dépense commune du sacrifice, et chacun

(1) *Explication des cérémonies*, tom. I, pag. 122.

fournissait sa part du pain et du vin dont on communiait ensuite.

Mais tout cela n'avait rien de nouveau pour les nouveaux chrétiens accoutumés dans le judaïsme ou dans le paganisme à contribuer toujours aussi pour quelque chose du leur, et à fournir leur contingent des sacrifices, et ils ne crurent pas être obligés à moins, après avoir reçu l'Évangile. On sait que c'était en effet l'usage des juifs et des païens.

Et enfin la coutume de porter du pain et du vin à l'offrande, pratiquée dès les premiers temps, subsiste encore à la messe de l'ordination des Evêques, de la bénédiction des Abbés et des Abbesses, du sacre des Rois, de la canonisation des Saints, des relevailles, aux messes des morts, etc. Avec cette différence toutefois que, depuis l'exclusion totale du pain levé dans l'Eglise latine, les pains qu'on présente à ces messes ne sont plus employés à l'Eucharistie, mais tournent ainsi que le vin au profit des ministres et de la fabrique. Le pain bénit qui s'offre presque partout, les dimanches à la messe de paroisse, est encore un reste de la pratique dont nous parlons, ainsi que l'usage de quelques fidèles, surtout dans les villages et à la campagne, de ne point communier, même les jours ouvriers, sans présenter à l'offrande, du pain et du vin, ou du moins de quoi en acheter, c'est-à-dire de l'argent.

L'étude la plus remarquable que nous avons rencontrée sur l'antiquité et l'avantage des oblations se trouve dans l'ancien Rituel de Bourges[1]. Mais comme elle se borne particulièrement à l'offrande en général, nous avons cru devoir la compléter par l'instruction du Rituel de la Rochelle[2] qui traite surtout du pain bénit.

(1) En 1666, tom. II, pag. 29 et 31.
(2) En 1689, pag. 384 et ss.

De l'offrande qui se fait en la messe paroissiale.

98. L'usage de l'offrande dans l'Église vient de l'ancienne dévotion des fidèles, qui avaient coutume de la faire tous les dimanches : or ils la faisaient, et nous pareillement nous la faisons :

Premièrement, pour reconnaître que tout ce que nous avons vient de Dieu, qu'il en est le maître absolu ; et que tous les présents que nous lui pouvons faire ne sont que des restitutions des choses que nous avons reçues de lui.

Secondement, pour le prier d'y donner sa sainte bénédiction et les multiplier.

Troisièmement, pour participer de plus près au sacrifice : d'où vient qu'autrefois on recommandait à Dieu nommément ceux qui avaient fait offrande de leur bien à l'autel, comme en la liturgie de saint Jacques : *Meminisse digneris, Domine, eorum, qui has oblationes obtulerunt ad altare tuum hodierno die.* Dans la liturgie de saint Basile : *Memento, ut bonus et benignus, eorum qui obtulerunt.* Et ailleurs : *Memento, Domine, eorum qui hæc tibi dona obtulerunt, et pro quibus, et per quos hæc obtulerunt.* Dans la liturgie de saint Chrysostome, et encore aujourd'hui recommande-t-on à Dieu particulièrement ceux qui offrent le pain bénit.

Quatrièmement, pour faire un acte de religion, contribuant à la sustentation des ministres ecclésiastiques, et à l'entretènement des choses qui concernent le culte de Dieu, comme des lampes, et autres ornements d'église.

Cinquièmement, pour lui faire hommage de tout ce que nous sommes, et lui témoigner, par cette offrande, que nous lui offrons non seulement nos biens, mais nos corps, nos âmes et tout ce que nous avons.

99. Cet usage, sans doute, est fort ancien, puisque nous en trouvons des vestiges dans le canon troisième des Apôtres, et que tous les anciens auteurs en font mention : comme Tertullien dans son Apologie, où il appelle telles offrandes *deposita pietatis :* d'autant qu'elles étaient employées à des usages pieux : « Nam inde,

dit ce grand homme, non epulis, non potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque, et pueris ac puellis re ac parentibus destitutis. » Pour raison de quoi le Pape Fabien, martyr, publia une ordonnance pour faire subsister telles offrandes : « Decernimus ut omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris ac mulieribus fiat, tam panis quam vini; ut per has immolationes a peccatorum suorum fascibus liberentur. » Ce qui fut depuis renouvelé par le deuxième Concile de Mascon, chap. 4, presque en mêmes termes, sinon qu'il est ajouté: *Ut cum Abel, vel cæteris juste offerentibus promereantur esse consortes.* Ce qui, deux ans après, fut encore publié de nouveau par le Concile de Mayence, chap. 44 : « Oblationem quoque et pacem in ecclesia facere jugiter, admoneatur populus christianus, quia oblatio, sibi et suis magnum fert remedium animarum, ut ipsa pax vera, et unanimitas et concordia demonstretur. » Et dans le même siècle, le Concile de Triburiense exhorta le peuple de faire son offrande à la messe les jours de dimanches et fêtes, comme il se voit au chap. 35 : « Diebus dominicis et sanctorum festis, et orationibus insistendum, et ad missas cuilibet populo christiano cum oblationibus est currendum. » Ces offrandes sont tellement recommandées aux paroissiens, que saint Cyprien, au livre *De opere et eleemosynis*, fait des invectives contre ceux qui y manquent, et s'adressant à une femme de condition, lui fait ces reproches : « Locuples et dives es, et dominicum celebrare te credis (lesquels mots signifient l'assistance à la messe paroissiale, en laquelle on avait accoutumé de recevoir par la sainte communion le corps de N. S. J.-C.), quæ corbonam non respicis, quæ in dominicum sine sacrificio venis? Intuere in Evangelio viduam, præceptorum cœlestium memorem, inter ipsas pressuras egestatis operantem, in gazophylacium duo, quæ sola sibi fuerant, minuta mittentem, etc. » Puis il ajoute : *Pudeat divites sterilitatis et infidelitatis suæ; vidua, et inops vidua, in opere larga invenitur.* Saint Jérôme, écrivant à Heliodore, menace de mort spirituelle ceux qui seront refusants de telles offrandes : « Securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero, nec possum obtendere

paupertatem, cum in Evangelio anum viduam duo, quæ sola sibi supererant, æra mittentem laudaverit Dominus. » D'où vient que l'Église, pour témoigner son indignation contre les grands pécheurs, ordinairement refusait leurs offrandes ; témoin ce que pratiqua saint Ambroise à l'égard de l'empereur Valentinien, auquel en son épître trentième, il mande avoir défendu aux prêtres de recevoir ses offrandes à la messe. « Licebit tibi ad ecclesiam convenire, sed illic non invenies sacerdotem, aut invenies resistentem. Quid respondebis sacerdoti dicenti tibi : Munera tua non quærit Ecclesia, quia templa gentilium muneribus adornasti ; ara Christi dona tua respuet ; quoniam aram simulachris fecisti ? » Saint Augustin en usa de la sorte à l'égard du comte Boniface, auquel il mande en son épître cent quatre-vingt-septième les défenses par lui faites aux prêtres et aux curés de recevoir ses offrandes : *Oblatio domus ne a Clericis suscipiatur, indixi.* Ainsi, lorsqu'il y avait quelque inimitié publique, et scandale entre les paroissiens, on ne recevait point leurs offrandes, jusqu'à ce qu'ils se fussent réconciliés, conformément au précepte évangélique : *Relinque munus tuum ante altare, vade, et reconciliare fratri tuo.* D'où le Pape Boniface Ier fit une ordonnance canonique, qui se trouve au livre quatrième des anciens canons, chapitre 21 : *Discordantium fratrum oblationes, juxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas esse censemus.*

Ces offrandes ne sont pas d'obligation, mais elles sont seulement une reconnaissance qui a toujours été très libre, même dans les premiers siècles, comme Tertullien nous apprend : *Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel cum velit et si modo velit, et si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert.* Néanmoins, ce serait une espèce d'avarice de les refuser, un mépris des volontés de l'Eglise, un témoignage du peu de reconnaissance des biens que Dieu nous fait tous les jours, et du peu d'état que nous faisons de ses ministres ; et enfin ce serait mettre en oubli les sacrées exhortations de l'Église, qu'elle nous a insérées au Canon *Omnis, De consecr.* dist. 1 : « Omnis Christianus procuret ad Missarum solemnia, aliquid Deo offerre et ducere in me-

moriam quod Deus per Moysem dixit : *Non apparebis in conspectu meo vacuus ;* etenim in collectis sanctorum liquido apparet, quod omnes Christiani offerre aliquid debent. »

Le Rituel de la Rochelle donne également des détails très intéressants sur l'offrande en général, mais en outre il indique d'une manière pratique la méthode à garder tant dans l'offrande que dans la bénédiction et la distribution du pain.

100. Outre l'oblation du grand et tout divin sacrifice du corps et du sang de J.-C. sous les symboles du pain et du vin, on peut distinguer dans la religion chrétienne trois sortes d'offrandes ou d'oblations qui ont été et sont encore en quelque façon en usage parmi les fidèles.

La première sorte d'oblations et la plus universellement pratiquée dans l'Eglise pendant plusieurs siècles a été l'oblation du pain et du vin, que tous les fidèles faisaient à la messe pour la consécration de la sainte Eucharistie.

La seconde sorte étaient les oblations et offrandes qui se faisaient aussi dans le temps de la messe, de plusieurs autres choses, comme de lait et de miel, lorsqu'on donnait le baptême aux catéchumènes ; d'encens pour brûler sur l'autel, de l'huile pour l'entretien des lampes ; des premiers fruits en blé ou en raisins ; des premiers nés des animaux; de linge, de tapis, de divers ouvrages et autres semblables. Mais avec cette différence que quelques-unes de ces oblations, comme le lait, le miel et l'encens, étaient mises sur l'autel où on en faisait une bénédiction particulière ; les autres étaient portées à la sacristie pour l'usage du ministre de l'Eglise, ou pour être distribuées aux pauvres.

La troisième sorte d'oblation ou offrande étaient celles qui se faisaient hors le temps du sacrifice de la messe, de diverses choses que l'on donnait à l'Eglise. Ces différentes oblations ou offrandes avaient cela de commun qu'elles étaient toutes faites pour une même fin générale.... mais outre cette fin générale et commune, ces oblations se faisaient pour différentes fins particulières.....

101. L'ancienne pratique de l'oblation du pain et du vin qui se faisait par tous les fidèles pour la consécration de la sainte Eucharistie est constante et indubitable. Plusieurs passages des anciens Pères et autres auteurs ecclésiastiques en font mention. Le Concile de Macon, tenu en 585, en fit une ordonnance dont voici les mots : « Decernimus, ut omnibus dominicis diebus, altaris oblatio ab omnibus viris et mulieribus offeratur tam panis quam vini : ut per has immolationes et peccatorum fæcibus careant, et cum Abel vel cæteris justis offerentibus promereantur esse consortes. »

A quoi l'on peut ajouter ce que l'ancien Ordre Romain, dressé il y a huit ou neuf cents ans, porte touchant la manière de recevoir cette oblation du pain et du vin. Pendant que les chantres chantaient l'offertoire, le peuple faisait ses oblations, avec des nappes ou des serviettes blanches. « Interim cantores cantant offertorium cum versibus, et populus dat oblationes suas, id est panem et vinum, et offerunt cum fanonibus candidis, primo masculi, deinde fœminæ. »

La manière de faire les pains qui devaient être offerts n'a pas toujours été la même. Pendant plusieurs siècles, chacun apportait de chez soi le pain qu'il devait offrir et dont il devait communier après la consécration. Et ainsi c'était du pain commun et semblable à celui dont on se servait pour sa nourriture ordinaire. Il serait aisé de rapporter plusieurs exemples ou preuves de cet usage. Ce que Jean diacre rapporte dans la vie de saint Grégoire ne laisse aucun lieu d'en douter. Lorsque ce saint Pape donnait la communion à une femme ; cette femme se mit à rire. Après la messe, saint Grégoire lui demanda ce qui l'avait ainsi portée à rire. Elle répondit que c'était parce qu'en lui donnant la communion il avait dit, que le pain, qu'elle savait avoir été pétri de ses propres mains, était le corps du Seigneur : « Panem quem propriis manibus me fecisse cognoveram, tu corpus Domini perhibebas. »

Depuis que la coutume de faire des pains exprès pour l'oblation se fut rendue commune, et que les prêtres se chargèrent du soin de les préparer, en quelques lieux les fidèles portaient à ces

prêtres la farine de froment pour faire ces pains, et quand ils avaient été préparés, un chacun, surtout de ceux qui désiraient communier, en prenait dans la sacristie pour faire son oblation. Ceux qui ne pouvaient pas donner de la farine donnaient quelque pièce d'argent pour ceux qui les avaient faits.

Un ancien Ordre Romain porte que le diacre, ayant reçu ces oblations du peuple, et les ayant mises sur la patène, il présentait à un chacun à baiser sa main avec le calice qu'il tenait. C'est de là qu'est venue la coutume de présenter la patène à baiser à ceux qui viennent à l'offrande.

Dans la suite du temps il est enfin arrivé que, sans faire l'oblation de ces pains, on s'est contenté d'offrir une pièce d'argent, qui tient lieu de pain et de vin, et que l'on met dans un plat ou bassin.

Ordre pour recevoir l'offrande.

102. Le lieu ordinaire pour recevoir l'offrande est à l'entrée du milieu de la balustrade qui est devant l'autel ou sous le crucifix ; ou à tous les deux endroits, savoir pour les hommes dans le chœur, et sous le crucifix pour les femmes. Ce dernier est plus dans la décence. On en usera ainsi quand la situation de l'église le permettra.

Chacun ira à l'offrande selon son rang, et selon qu'il est accoutumé en chaque paroisse. On observera seulement en général que les ecclésiastiques et ceux qui sont revêtus d'habits cléricaux, dans les lieux où ils ont coutume d'aller à l'offrande, y aillent avant les laïques, et les hommes et garçons avant les femmes et les filles.

Ordre pour offrir, bénir et distribuer le pain bénit.

Le pain bénit, comme nous avons dit, tenant lieu ou même étant une partie de l'oblation qui se faisait anciennement du pain pour la consécration de l'Eucharistie, et ceux qui l'offrent l'offrant

pour et au nom de toute la paroisse ; l'esprit de l'Eglise demande, comme il se pratique en plusieurs lieux, que la personne qui le présente, le portant ou faisant porter après elle, sur une serviette ou nappe blanche, et tenant un cierge allumé avec une pièce d'argent, aille la première à l'offrande, même avant les ecclésiastiques, et dans le chœur pour le présenter. On tâchera d'établir cet usage où cela se pourra faire sans contestation ; sinon on se tiendra à la coutume du lieu, en ce qui regarde le rang où cette personne devra aller à l'offrande.

Le Diacre, quand il y en aura qui assistera le célébrant, recevra e pain qui sera présenté et le remettra entre les mains d'un acolyte ou d'un sacristain, qui ira le couper en morceaux pendant que le reste du peuple ira à l'offrande ; s'il n'y a point de Diacre, le sacristain le recevra lui-même de la personne qui le présentera.

Le peuple ayant été à l'offrande, et le célébrant étant retourné à l'autel, il fera l'oblation du pain et du vin pour le sacrifice de la messe, et ayant dit les prières *In spiritu* et *Veni sanctificator,* avant que de dire *Lavabo*, il bénira le pain qui lui sera présenté, coupé en morceaux dans un panier ou corbeille et dira *Adjutorium*, etc. (l'une des deux oraisons du Rituel), et il jette de l'eau bénite sur le pain en forme de croix, avec l'aspersoir.

On ne doit faire la distribution du pain bénit qu'après que le prêtre et les autres fidèles qui sont disposés ont communié, *post missarum solemnia,* comme dit l'ancien Canon. On le portera premièrement aux ecclésiastiques, ensuite au seigneur et à la dame de la paroisse, et après, aux autres habitants selon leur rang et qualité.

(*La suite au prochain numéro*).

INSTRUCTIONES PRACTICÆ

PRO CONFESSARIIS.

Reverendi et dilectissimi Domini,

Novam legem de scholis publicis puerorum ad prima elementa erudiendorum instituendis sancitam, ministri regii promulgare et exsequi decreverunt. — Idcirco, vobis tradimus præcepta ac monita, quæ nos opportune traditurus esse polliciti sumus nostris præcipue omnium Episcoporum litteris pastoralibus die 12ª mensis Junii datis, ut fideles vobis concreditos in hoc tanti momenti negotio erudire et, qua par est prudentia, regere valeatis.

Jampridem intellexistis et comperta habetis, Dilectissimi, quæ consilia catholici nominis hostes multis ante annis in mente agitent, et ad exitum perducere moliantur, — quanta pernicies animabus juventutis, rectæ institutioni et emolumento familiæ christianæ, carissimæ patriæ nostræ Belgicæ commodis, atque civilis ipsius societatis utilitati immineat ex ea ipsa istiusmodi lege, qua in popularibus scholis docendi ratio inducitur sejuncta a catholica fide et a moderatrice Ecclesiæ potestate. Neminem vestrum fugit, quam gravis sit rerum status, in quo vos cæterique Christifideles una nobiscum versamini, et facile prospicitis eumdem statum pejorem in dies esse evasurum. Hisce itaque adversariorum consiliis ac molitionibus, hisce impendentibus malis strenue occurrendum est atque obsistendum; optimo cuique catholico omni ope et opera connitendum est, ne quid detrimenti ex ea lege scholari capiant sancta religio, fides et mores juventutis, et catholica populi Belgici indoles.

At vero in ipsa propugnatione ac defensione religionis, si cura diligentiaque et constantia juxta a laicis religiosis et a clericis adhibendæ sunt, præterea vobis, eximii Domini, maxima cautione et

moderatione semper opus erit, sed tum præcipue quum e suggestu sacro concionem habituri estis ad populum de scholis catholicis erigendis et frequentandis, ne forte verbum ex ore vestro temere emittatur, quod aut ludimagistris publicis inferat injuriam, aut magistratus, leges et jura civilis potestatis oppugnet.

Quapropter vobis districte præcipimus ut caveatis, ne ad populum ex cathedra, vel ad pueros in catechesibus tradendis, de ipsa Belgica lege scholari, aut de mandatis sive actis quibuslibet cujusvis magistratus publici verba faciatis; hujusmodi namque inconsulta adversus civilis potestatis sive ministros sive acta contentio, non modo plerumque frustra, verumetiam non sine periculo persecutionis in vos movendæ haberetur. (Code pénal art. 268.) Attendite ergo vobis et parcite linguæ, ne vituperetur ministerium vestrum.

Sit sermo vester de istiusmodi scholis in genere, de quibus Pius, immortalis memoriæ Papa IX, ad Hermanum, Archiepiscopum Friburgensem, scripsit : « Et sane institutio, quæ non solum « rerum dumtaxat naturalium scientiam, ac terrenæ socialis vitæ « fines spectat, verumetiam a veritatibus a Deo revelatis decedit, « in erroris mendaciique spiritum prolabatur oportet, et educatio, « quæ sine christianæ doctrinæ morumque disciplinæ auxilio « teneras adolescentium mentes, eorumque cerea ad vitium flecti « corda informat, non potest non parere progeniem, quæ pravis « cupiditatibus propriisque rationibus tantum permota et impulsa « maximas tum privatis familiis, tum reipublicæ afferat cala- « mitates.

« At vero cum hujusmodi perniciosissima docendi ratio, « sejuncta a catholica fide et ab Ecclesiæ potestate, maximo sit « hominibus et societati damno dum agitur de litteris severiori- « busque disciplinis tradendis, ac de educatione curanda in « scholis publicisque institutis, quæ honestioribus societatis clas- « sibus sunt destinata, — ecquis non videt, multo graviora mala « et damna ex hac methodo derivare si eadem in scholas indu- « catur populares? Etenim in hisce potissimum scholis omnes « cujusque e populo classis pueri vel a teneris annis sanctissimæ

« nostræ religionis mysteriis ac præceptionibus sedulo sunt eru-
« diendi, et ad pietatem morumque honestatem, et ad religionem
« civilemque vivendi rationem accurate formandi. Atque in
« eisdem scholis religiosa præsertim doctrina ita primarium in
« institutione locum habere ac dominari debet, ut aliarum rerum
« cognitiones, quibus juventus imbuitur, veluti adventitiæ appa-
« reant. Quapropter juventus maximis exponitur periculis, nisi
« ejus in memoratis scholis institutio arctissimo cum religiosa
« doctrina vinculo consocietur. Quum igitur populares scholæ ad
« populum religiose formandum, ejusque pietatem et christianam
« morum disciplinam fovendam sint præsertim institutæ, idcirco
« omnem Ecclesiæ curam sollicitudinemque et vigilantiam præ
« cæteris educationis institutis sibi merito atque optimo jure
« semper vindicarunt. Ac propterea consilia conatusque arcendi
« a popularibus scholis Ecclesiæ potestatem *proficiscuntur ex*
« *animo eidem Ecclesiæ summopere adverso, atque ex studio extin-*
« *guendi in populis divinum sanctissimæ fidei nostræ lumen*. Quo-
« circa Ecclesia, quæ easdem fundavit scholas, summa cura
« studioque eas semper est prosecuta, illasque veluti potiorem
« ecclesiasticæ suæ auctoritatis ac regiminis partem consideravit,
« et quæcumque earum ab Ecclesia sejunctio maximum eidem
« Ecclesiæ ipsisque scholis affert detrimentum. — Ii autem om-
« nes, qui perperam contendunt, Ecclesiam debere salutarem
« suam moderatricem vim erga populares scholas deponere aut
« intermittere, iidem nihil aliud profecto vellent, quam ut Ec-
« clesia contra divini sui Auctoris mandata ageret, et gravissimo
« officio curandi omnium hominum salutem sibi divinitus com-
« misso deesset. — *Certe quidem ubi in quibuscumque locis regioni-*
« *busque perniciosissimum hujusmodi vel susciperetur vel ad exitum*
« *perduceretur consilium expellendi a scholis Ecclesiæ auctoritatem,*
« *et juventus misere exponeretur damno circa fidem, tunc Ecclesia*
« *non solum deberet intentissimo studio omnia conari, nullisque*
« *curis parcere, ut eadem juventus necessariam christianam insti-*
« *tutionem et educationem habeat, verumetiam cogeretur, omnes fi-*
« *deles monere, eisque declarare, ejusmodi scholas catholicæ Ecclesiæ*
« *adversas haud posse in conscientia frequentari.* »

Scholæ igitur publicæ, de quibus loquitur summus Pontifex, *ex se* sive *intrinsece* malæ sunt. Idcirco malæ sunt *ex se*, quia eas frequentando pueri in periculo perversionis fidei vel morum versantur. Sed quid inde sequatur inferius explanabimus.

Eamdem sententiam expedite et plane enuntiat Congregatio S. Officii in *Instructione de Scholis publicis*, quam ad *Episcopos in Fœderatis Statibus Americæ septentrionalis* tradidit anno 1875. — « Ipsa juventutis instituendæ ratio scholis hujus modi propria « atque peculiaris S. Congregationi visa est etiam *ex se* periculi « plena ac perquam adversa rei catholicæ. Alumni enim talium « scholarum,— quum propria earumdem ratio omnem excludat « doctrinam religionis,— neque rudimenta fidei addiscent, neque « Ecclesiæ instruentur præceptis, atque adeo carebunt cognitione « homini quam maxime necessaria, sine qua christiane non vivi- « tur. Enimvero in ejusmodi scholis juvenes educantur jam inde « a prima pueritia ac propemodum a teneris unguiculis, qua « ætate, ut constat, virtutis aut vitii semina tenaciter hærent. « Ætas igitur tam flexibilis si absque religione adolescat, sane « ingens malum est. . . . . .

« Hoc autem periculum perversionis nisi e proximo remotum « fiat, tales scholæ tuta conscientia frequentari nequeunt. Id vel « ipsa clamat lex naturalis et divina.

« Enim vero tale periculum, ut per se patet, omnino vitandum « est, cum quocumque damno temporali, etiam vitæ.»

Audite etiam querimonias et judicium adversus istiusmodi scholas publicas Episcoporum regionum, in quibus eadem pueros docendi ratio lege invaluit. Inter plurima gravissimi momenti testimonia hæc pauca referimus :

Patres Concilii plenarii Baltimorensis II, in Statibus fœderatis Americæ septentrionalis, habiti anno 1866, sic loquuntur : (Tit. IX, cap. 1, n. 425 et 426.)

425. « Itaque non possunt hujus Plenarii Concilii Patres ultro « non agnoscere palamque profiteri, curam teneriori ætati atque « adolescentiæ christianis moribus informandæ impendendam, « inter præcipuas sollicitudinis nostræ partes recenseri ; eoque

« magis, quod hodierni religionis nostræ inimici suas omnes artes « conferre connituntur, ut juvenum animos vel a prima ætate de- « pravent. — 426. Experientia siquidem diuturna satis superque « probavit, quam gravia sint mala, quam intrinseca etiam peri- « cula, quæ juventuti catholicæ ex frequentatione scholarum pu- « blicarum hisce in regionibus plerumque eveniunt. Vi enim sy- « stematis apud illas obtinentis, nequaquam fieri potest quin simul « in magnum fidei morumque discrimen juvenes catholici addu- « cantur. Neque alia profecto ex causa repetendi videntur pro- « gressus, quos exitialis illa *indifferentismi*, ut vocant, labes ha- « ctenus in hac regione maximos habuit habetque in dies ; illa « quoque morum corruptela, qua vel tenerrimam apud nos æta- « tem passim infici ac perdi non sine lacrymis videmus.»

Episcopi Hollandiæ, ubi pridem obtinet in scholis publicis pessima hæc juventutis instituendæ methodus, eam impugnare, detestari ac damnare nunquam intermiserunt. Inter alia plurima doctrinæ de hac re documenta ante oculos vestros subjiciendam arbitramur epistolam, quam ad catholicos Hollandiæ scripserunt, anno 1866, R^mus DD. Schaepman et RR. DD. Episcopi Sylvæducensis, Harlemensis, Ruremundensis et Bredensis, ejus suffraganei. Excerpta in gallicam linguam versa vobis tradimus :

« Pour qu'une école mérite à tous égards la confiance et l'ap- « probation des catholiques, il ne suffit pas qu'on y respecte, « comme on dit, la religion catholique, c'est-à-dire qu'on omette « d'en parler : il faut en outre que l'école fasse connaître, fasse « pratiquer la religion catholique. Dans l'école de l'enfance l'en- « seignement social ou civil est très-intimement lié à l'enseigne- « ment religieux : le principe religieux en pénètre le programme. « et toujours la religion y fait sentir son influence. La religion « s'introduit en tout : les grandes vérités de la foi, la morale de « l'Evangile, les maximes de la piété catholique sont reproduites, « comme cela se peut faire, et l'instituteur, de son côté, sait les « faire intervenir à propos dans les divers exercices scolaires....

« Que faut-il penser des écoles d'où l'autorité de l'Eglise et l'in- « fluence de la religion sont bannies ? où il n'y a place que pour

« une certaine morale naturelle, c'est-à-dire où il n'y a ni mo-
« rale ni religion ?... Admettons qu'il n'y ait aucune mauvaise
« volonté de la part du maître d'école ; ne supposons pas que
« sans intention, faute de science suffisante, il mêle à ses leçons
« des doctrines ou des maximes plus ou moins dangereuses, per-
« nicieuses, complètement fausses : Nous vous le demandons,
« quelle impression reçoit l'enfant écolier de l'attitude d'un insti-
« tuteur qui, légalement obligé de se tenir en dehors ou plutôt
« au-dessus de toute religion, se borne à enseigner quelques de-
« voirs purement de convenance, et, quant au reste, agit en son
« enseignement comme s'il ne se souciait d'aucune religion ?»

Inde enim in animos puerorum sese insinuat *indifferentismus*, seu contemptus fidei christianæ et ipsius divinæ majestatis ; nam proverbium : *exempla trahunt*, quod in homines maturæ etiam ætatis verum est, verius invenitur apud pueros.

Hoc anno 1879, RR^mi^ ejusdem regionis Episcopi in mandatis suis quadragesimalibus de eodem negotio scholari disseruerunt. Ab oratione R^mi^ D. Schaepman, Archiepiscopi Ultrajectensis sequentia mutuamur :

« Un enfant catholique doit nécessairement recevoir une édu-
« cation catholique. Un des moyens ordinaires pour cet effet c'est
« l'école catholique. Avec tous les secours que la religion fournit
« à l'éducation, on ne réussit pas toujours à former un jeune
« homme tel qu'il doit être, tant est grande la corruption du cœur
« humain. Dans une affaire de si haute importance il faut choisir
« le parti le plus sûr.,.

« *Il faut juger sévèrement les parents qui négligent le moyen qu'ils*
« *ont à leur disposition, d'envoyer leurs enfants à des écoles catholiques*
« *et qui sous l'un ou l'autre prétexte donnent la préférence à l'ensei-*
« *gnement neutre*... Aux yeux de l'Eglise, tout enseignement est
« défectueux et insuffisant, du moment que la religion n'en est
« pas le pivot et la règle. Lorsque la religion, ses dogmes, la vé-
« rité révélée et la loi de Dieu sont bannis de l'école.... cet ensei-
« gnement est non-seulement défectueux, mais nuisible. Dans
« une telle école, l'enfant est privé de l'instruction dans la reli-

« gion révélée de Dieu ; en outre, par cet enseignement indiffé-
« rent, indéterminé d'une religion en général, d'une morale uni-
« verselle, on affaiblit chez l'enfant le respect pour les saintes
« vérités de la foi catholique.

« Lors donc que l'Église *tolère* que, au défaut de toute autre ins-
« titution d'enseignement, les parents, placés dans cette triste né-
« cessité, permettent à leurs enfants de fréquenter une école soi-
« disant neutre, une école sans religion, elle n'abandonne point
« ses principes, elle ne rétracte point la condamnation qu'elle a
« prononcée contre l'école neutre.

« Ne vous laissez donc pas tromper par ceux qui prétendent
« que l'école sans Dieu *n'est pas condamnée d'une manière absolue*
« *par vos chefs spirituels*. Nous la condamnons et réprouvons
« toujours et partout, comme défectueuse, insuffisante, et
« dépourvue du fondement principal de toute instruction réelle. »

Episcopi Irlandiæ, in cœtu Maynoothensi, anno 1869, et Dublinensi, anno 1871, de reprobandis ac damnandis ejusmodi scholis uno ore consenserunt.

« Les Évêques renouvellent leur condamnation du système
« mixte d'éducation dans les *écoles primaires*, moyennes et univer-
« sitaires, *comme gravement et intrinsèquement dangereuse* pour la
« foi et les mœurs de la jeunesse catholique. Ils déclarent que
« l'instruction des catholiques, dans tout ce qui appartient à la
« foi et aux mœurs, ne peut être confiée avec sécurité qu'à des
« catholiques et *sous le suprême contrôle de l'Eglise*.....

« Nous déclarons par les présentes lettres pastorales collectives
« notre inaltérable conviction que *l'éducation catholique est indispen-*
« *sablement nécessaire à l'éducation de la foi et des mœurs* de notre
« peuple catholique.

« En union avec le Saint-Siège et avec les Évêques de toute
« la catholicité, nous renouvelons la condamnation souvent répé-
« tée par nous de l'école mixte. Nous déclarons de nouveau
« qu'elle est *de sa nature même gravement périlleuse* pour la foi et
« pour les mœurs..... »

Hæc, quæ vobis tradimus, ecclesiasticæ auctoritatis judicia, e

aliæ id genus sententiæ, quæ multæ passim occurrunt, Eximii Domini, vobis argumenta suppeditant, quibus fideles vestræ cujusque parœciæ admonere possitis sive e suggestu sacro [1] sive colloquiis privatis de periculo, quod pueris catholicis e scholarum publicarum natura et docendi ratione adest, et eos redarguere, qui inter legem novam et pristinam nullum interesse discrimen, et scholam publicam novo regimini scholari subjectam, æque ac scholas catholicas, inoffensa conscientia ut pridem adiri posse contendunt.

Id etiam vos monitos volumus, ut communes nostras litteras pastorales, eas præsertim, quas die 12ª Junii proxime elapsi dedimus, sæpe revolvatis, quippe quæ ad obtinendum eum, de quo mox locuti sumus, finem vobis apprime usui erunt.

II.

DE SCHOLARUM FREQUENTATIONE.

1° Scholæ publicæ, in quibus prævalet docendi ratio a moderatrice Ecclesiæ auctoritate et a fide catholica sejuncta, *ex se* malæ sunt ac nocivæ, quia *ex se* occasionem perversionis fidei ac morum alumnis suis præbent. Ergo eas nec frequentare nec instituere nec regere licet.

2° Cæterum talia interdum esse possunt rerum adjuncta, ut parentes catholici prolem suam scholis publicis committentes a gravi peccato, etsi raro, excusari valeant; quando scilicet, ad sic agendum gravem causam habebunt et præterea occasio *proxima*, quam præbent *ex se* ejusmodi scholæ publicæ, perversionis fidei vel morum, *remota* fieri poterit.

Causa gravis aderit, quando nulla præsto est schola catholica, aut quæ suppetit, non sine gravi damno temporali frequentari potest.

(1) Bene advertant parochi nullam omnino mentionem fieri posse e suggestu sacro sive *legis scholaris* nuper sancitæ, sive *ludimagistrorum publicorum*, sive *magistratus municipalis*.

In casu autem particulari *dubio* utrum causa sufficiens adsit nec ne, id conscientiæ ac judicio episcoporum relinquendum erit.

Parochorum erit videre, an parentes cautiones adhibeant necessarias ad periculum perversionis morum vel fidei a prole sua removendum.

3° Scholæ publicæ, quæ alumnos suos in proximum perversionis morum vel fidei periculum inducunt, ita ut remotum fieri nequeat, sive propter ludimagistri agendi rationem, sive propter libros qui perleguntur vel quibus pueri coguntur uti, aut aliam causam, frequentari omnino non possunt.

4° In numero istiusmodis scholarum habenda sunt instituta, in quibus juvenes ad munus magistri in scholis publicis aliquando obeundum informantur, vulgo dicta *scholæ normales*, atque idcirco adiri omnino non possunt.

III.

DE LUDIMAGISTRIS PUBLICIS ET INSPECTORIBUS.

An magister catholicus munus docendi retinere possit in schola publica?

R. Non potest, nisi *propter speciales rationes* et *sub certis conditionibus*. Quæ si concurrere videantur, ludimagister adeat parochum qui rem exponet Ordinario cujus est sententiam ferre.

Rationes generatim *tres* sunt, ob quas ad tempus tolerari poterit ut ludimagister officium suum servare queat : 1° cum junior magister, qui *ad tempus* liberatus est a militia ob munus magistri, adhuc unum alterumve annum in schola publica docere debet, ut a conscriptione militari sit omnino exemptus; 2° vel cum senior magister in eo est ut post *breve* tempus annuam *pensionem* accipiat ; vel 3° cum quis nec aliam scholam nec aliud officium unde victum sibi comparet, invenire potest, et ita in miseram conditionem deduceretur.

Conditiones requirendæ sunt sequentes : 1° Ut in hac schola alii non adsint magistri qui conditiones mox subjiciendas adimplere

recusent. 2° Ut tum ex parte magistri, tum ex parte burgimagistri et consiliariorum communitatis, solidæ existant rationes prudenter existimandi legem scholarem, non obstante commissionis scholaris influxu, *de facto* in tali schola executioni mandandam non esse ; idque præcipue quoad doctrinam *moralem* quæ non tantum primis legis naturæ principiis, eorumque conclusionibus proximis, sed integræ doctrinæ catholicæ conformis esse debet et necessario, data occasione, inculcanda ; 3° ut ludimagister promittat *a*) se munus suum abdicaturum esse statim ac prædictam conditionem adimplere impediretur, aut quidquam admittere cogeretur quod a superioribus ecclesiasticis sub gravi prohiberetur *v. g.* libros nocivos ; — *b*) se nihil omnino directe esse moliturum ad pueros attrahendos in suam scholam, si in eodem loco existat schola catholica ; — *c*) se munus catechismum tradendi non esse usurpaturum.

Missio enim canonica ad hoc munus exercendum omnino necessaria est ; hæc autem *missio* nulli magistro publicarum scholarum concedi poterit.

Repugnat enim ut positive permittatur ab Ecclesia, *suo nomine* doceri catholicam doctrinam in scholis *per se* damnandis et damnatis utpote principiis catholicæ fidei oppositis, imo in perniciem religionis institutis. Præterea indubium est auctores legis speciem religionis nunc in hisce scholis ad tempus servare velle, eo fine tantum ut a catholicis pueris non deserantur, et ut scholæ catholicæ minus necessariæ, imo inutiles reputentur, atque adeo vel non erigantur, vel si erectæ fuerint, parum frequententur ; quod, quidem, in circumstantiis in quibus nunc patria nostra versatur, ingens fore malum, maximum pro fide periculum, pro fidelibus perniciosissimum scandalum et certam pro ipsis animi dejectionis occasionem nemo non videt.

An vir catholicus munus INSPECTORIS *suscipere potest ?*

Respondendum est *negative* tum quoad inspectores *provinciales*, tum quoad inspectores *cantonales*, ut dicuntur. Ratio est quod inspectores ex ipsa natura sui muneris sese adstringunt ad legis civilis executionem tuendam et procurandam. Est ergo spontanea et directa cooperatio legi damnatæ.

IV.

DE PARENTIBUS.

Parentes, quibus, in particulari casu, ob causas sufficientes permittitur, ut prolem suam scholis publicis tradant, caveant ne in allegandis istis causis, fucum sibi faciant; nam pastores animarum decipiendo seipsos deciperent, conscientiam suam graviter onerarent, et animas tum liberorum suorum tum suas in perniciem inducerent.

Insuper liberis suis sollicite invigilent, ac vel ipsi per se, vel, si minus idonei ipsi sunt, per alios de lectionibus in schola auditis eos interrogent, libros eisdem traditos recognoscant, eosque a familiaritate et consortio condiscipulorum, a quibus fidei vel morum periculum imminere posset, seu quorum corrupti mores fuerint, omnino arceant atque prohibeant.

Denique meminerint *gravem* eos urgere obligationem providendi alio modo catholicæ institutioni suorum liberorum.

V.

DE PAROCHIS.

Oportet ut animarum pastores, quacumque possint ope et opera, commissum sibi gregem arceant ab omni contagione harum scholarum publicarum. Est autem ad hoc omnium consensu omnino necessarium ut catholici ubique locorum proprias sibi scholas habeant, easque publicis scholis haud inferiores. Scholis ergo catholici sive condendis ubi defuerint, sive amplificandis et perfectius instruendis parandisque, ut institutione ac disciplina scholas publicas adæquent, impense prospiciendum est. Sciant itaque parochi *sese officio graviter defuturos*, nisi omni qua possunt cura adlaborent ad scholam catholicam in sua quaque parœcia erigendam.

Quod enim ex officio pietatis *sub gravi* tenentur præstare parentes, idem profecto *ex justitia* tenentur præstare animarum pastores.

Ut negotium catholicæ seu parœcialis scholæ erigendæ et sustentandæ feliciter procedat, benedictione divina precibus obtinenda, curaque et impigro labore parocho opus est.

VI.

REGULÆ IN SACRO TRIBUNALI PŒNITENTIÆ OBSERVANDÆ.

Quotquot parentes christianam institutionem et educationem liberissuis impertiri negligunt,

Aut qui eos frequentare sinunt tales scholas, in quibus animarum ruina evitari non potest,

— Aut tandem qui, licet schola catholica in eodem loco adsit, seu quamvis facultatem habeant alibi prolem catholice educandi, — nihilominus liberos suos scholis publicis committunt sine sufficienti causa ac sine necessariis cautionibus, quibus periculum perversionis e proximo remotum fiat,

Eos, si contumaces fuerint, absolvi non posse in sacramento pœnitentiæ, ex doctrina morali catholica manifestum est.

Hæc docet Congregatio S. Officii, in Instruct. ad Episcop. Americæ data 30ª Junii 1875.

Absolvi nequeunt ludimagistri non legitime dispensati, aut qui in schola utuntur libris, aut alumnis suis prælegunt e libris, qui fidei aut moribus periculosi sunt; — qui alumnos suos catechismum docent *sine institutione canonica*, quæ ipsis delegari nequit.

Idem resolvatur de *alumnis*, qui ad officium ludimagistri in scholis publicis aliquando obeundum, instituuntur in scholis publicis normalibus, — de prædictorum alumnorum *parentibus*, — nec non de earumdem scholarum normalium *professoribus*.

Hæc ex communi consensu Eminentissimi Card. Archiep.

Mechliniensis et RR^morum^ ac III^morum^ Episcoporum Belgii statuta fuerunt Mechliniæ die 1^a^ Septembris anno 1879.

† VICTOR-AUGUSTUS, CARD. DECHAMPS, Archiepisc. Mechlinien.
† J.-J. Episc. Brugen.
† HENRICUS, Episc. Gandaven.
† THEODORUS-JOSEPHUS, Episc. Namurcen.
† EDMUNDUS-JOSEPHUS, Episc. Tornacen.
† VICTOR-JOSEPHUS, Episc. Leodien.

LETTRE DE S. S. LÉON XIII TOUCHANT LES ŒUVRES DE S. ALPHONSE, ET LA TRADUCTION DES RR. PP. DUJARDIN ET JULES JACQUES.

Les œuvres ascétiques et dogmatiques de S. Alphonse sont trop connues, leur mérite trop justement apprécié, ainsi que celui des excellentes traductions, que nous en ont données les RR. PP. Dujardin et Jules Jacques [1], pour qu'elles aient besoin de notre recommandation. Nous nous bornerons donc à enregistrer les lettres suivantes du Saint Père, qui auront grandement réjoui le cœur des Enfants de S. Alphonse, et qui stimuleront puissamment les fidèles à nourrir leur foi et leur piété de la lecture et de la méditation des ouvrages de ce grand et saint Docteur de l'Eglise.

LITTERÆ SSMI D. N. LEONIS PAPÆ XIII DE OPERIBUS SANCTI ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO ECCLESIÆ DOCTORIS.

DILECTIS FILIIS LEOPOLDO JOSEPHO DUJARDIN ET JULIO JACQUES, PRESBYTERIS, E CONGREGATIONE SANCTISSIMI REDEMPTORIS.

LEO PP. XIII.

Dilecti filii, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Licet universum jam orbem pervaserint, non sine amplissimo christianæ rei emolumento, scripta Sancti Doctoris Alphonsi Ma-

(1) Les *Œuvres ascétiques*, traduites par le R. P. Dujardin, et publiées chez Mme Ve Henri Casterman, Tournai, comprennent 18 volumes in-12°; et les *Œuvres dogmatiques*, traduites par le R. P. Jules Jacques, 9 volumes, même format.

riæ de Ligorio, Dilecti Filii, ea tamen magis adhuc magisque vulgari desiderandum est et ad manus omnium traduci. Scitissime nam Ille catholicas veritates omnium captui accommodavit, omnium morali regimini prospexit, mirifice pietatem omnium excitavit, et, « in media sæculi nocte errantibus viam ostendit, qua, « eruti de potestate tenebrarum, transire possent in Dei lumen « et regnum. » Et sane firmissimis argumentis divinam revelationem munivit contra Deistas ; veritatem fidei nostræ strenue defendit ; efficacissime asseruit immaculatum Deiparæ conceptum; nervosissime propugnavit Romani Pontificis primatum et infallibile magisterium ; divinæ Providentiæ consilia in comparanda per Jesum Christum hominum salute docte pieque illustravit ; psalmos et cantica aptissimis ad fovendam Clericorum pietatem commentariis exposuit ; Ecclesiæ gloriam ostendit in triumphis martyrum; editis historia hæresum et opere dogmatico acriter perstrinxit hæreses omnes, sed præsertim jansenianos et febronianos profligavit errores tunc maxime gliscentes, et monstrosarum illa opinionum segete graves, qua nunc religiosæ civilisque societatis fundamenta quatiuntur : et quam ipse jam tunc ea perspicacia fuit insectatus, ut pleræque e *propositionibus* post sæculum in *Syllabo* damnatæ ab ejus scriptis nominatim refutatæ conspiciantur : imo « prædicari verissime possit, nullum esse nostrorum « temporum errorem, qui, maxima saltem ex parte, non sit ab « Alphonso refutatus. » Et ne quid dicamus de Morali Theologia ubique terrarum celebratissima tutamque plane præbente normam quam conscientiæ moderatores sequantur, frigescentem Ipse charitatem per crebras doctasque lucubrationes asceticas, veluti subditis igniculis, fovit, aluit, provexit ; ac præsertim erga Dominum Nostrum Jesum Christum ejusque dulcissimam Matrem, quorum amore, miro cum fidelium profectu rigentia quoque corda succendit. Et in hisce omnibus « illud in primis notatu dignum « est, quod, licet copiosissime scripserit, ejusdem tamen opera « inoffenso prorsus pede percurri a fidelibus posse, post diligens « institutum examen, perspectum fuerit. » Gratulamur itaque, Dilecti Filii, vos dogmatica omnia et ascetica sanctissimi et do-

ctissimi Parentis vestri scripta, sive latine sive italice edita, in gallicam vertisse linguam, tum quia hæc omnibus ferme populis nota latius proferre poterit fructus laborum egregii Doctoris, tum quia vobis potissimum arduum id munus demandatum fuit, qui et alias jam de indole, doctrina, sanctitate eorumdem operum scribere debuistis, et, uti filii facilius et plenius aliis assequi poteratis spiritum Parentis. Imo ipsi quoque gratulamur incepto vestro, eo nomine, quod cum Sanctus Auctor sæpe in scriptis suis Angeli Scholarum doctrinam se sequutum fuisse glorietur ; ex hujusmodi recentioris Ecclesiæ Doctoris erga illum obsequio nova Sancti Thomæ doctrinæ laus accedat et gloria, quæ gravius etiam commendet instaurationem illam christianæ philosophiæ, quam Nos studiosissime per recentes encyclicas litteras Nostras ad Angelici Doctoris mentem exigendam suasimus. Successum itaque nuperæ isti operum Sancti Alphonsi editioni ominamur amplissimum Nostrisque et votis vestris plane respondentem ; ac interim superni favoris auspicem vobis, Dilecti Filii, ac toti Sanctissimi Redemptoris Congregationi Benedictionem Apostolicam paternæ Nostræ benevolentiæ testem peramanter impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die 20 Augusti 1879, Pontificatus Nostri anno secundo.

LEO PP. XIII.

DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DES RITES.

I.

ON PEUT TOLÉRER LA COUTUME DE DONNER LA SAINTE COMMUNION AVEC UNE ÉTOLE BLANCHE POUR L'ACCOMPLISSEMENT DU PRÉCEPTE PASCAL.

Sacerdos Joseph Frattin Congregationis Oratorii Venetiarum, modernus in ecclesia ejusdem Congregationis Cæremoniarum Præfectus, humillime, pro opportuna declaratione, Sacrorum Rituum Congregationi insequentia proposuit dubia, nimirum :

